esse malū. Cesa abies: breuis narratio apparatꝰ Paridis ad rapiēdā Helenā. Abies arbor mōtana apta nauibus edificādis. Cesa: incisa. s. est. Trabes ligna. Cerula: coloris cerulei: est aūt ceruleꝰ color iter viridē ⁊ nigrū: ⁊ eiusmodi solet eē color maris. Ceratas: cera vel pice illitas. Parce abstine ⁊ noli negare hoc te fleuisse cū a me discederes. Iste amor Helene. Est magis pudēdꝰ p̄terito. i. est turpior tibi q̄ meus. i. magis deberet te pudere amare Helenā q̄ ꝯfiteri amasse me: qꝛ amor meꝰ erat licitꝰ ⁊ honestꝰ. Et flesti: ⁊ nr̄os. q. d. vterqꝫ fleuimꝰ. Nr̄os ocellos flentis. i. oculos mei flētis. est em̄ flentis gtūs casus: qꝛ hꝫ vltimā breuem: non aūt est actūs pluralis: vt quidā falso existimāt: nā tales accusatiui plures in is desinētes semꝑ habēt is finalē longā. Suas ꝓprias: vt qsqꝫ suos patimur manes. Nō sic: cōparatio amplexꝰ Paridis. Ulmꝰ: arbor vitibꝰ apta p̄sertim in italia. Uer. vlmisqꝫ adiūgere vites. Uincit: ligat. Uitibꝰ appositis. i. adherētiꝰ: tanq̄ maritis suis. Ut sicuti. Nexa implicita. Ah quotiēs: dicit tm̄ fuisse ante paridis erga se amorē: vt cū esset discessurus: q̄reret ventū esse aduersum: cū tn̄ reuera esset scōs: sꝫ pigebat cū discedere. Teneri: ipediri. ¶ Riserūt: qꝛ videbāt nō esse verū qđ q̄rebaris: sꝫ te hꝫ facere qꝛ pigebat te a me discedere. ¶ Ille vētꝰ. ¶ Scōs: felix. ¶ Quotiēs. q. d. sepissime. ¶ Repetita renouata: qꝛ cū me dimisisses sepe reuertebarꝫ: vt me oscularerꝫ. ¶ Quā vix. i. quā difficile. ¶ Sustinuit potuit. ¶ Aura exponit ꝓcessum discessus Paridis. ¶ Malo ab arbore nauis: declinat hic malꝰ. ¶ Suscitat mouet. ¶ Eruta: cōmota. ¶ Canet. spumescit. ¶ Prosequor oculis. i. ꝓspicio. ¶ Qua lꝫ. i. quatenꝰ lꝫ. i. quātū possum. ¶ Humet: madefit. ¶ Utqꝫ celer. i. precor ⁊ facio vota pro celeri reditu tuo: nereidas nymphas maris. Nerei filias. ☞ Anꝰ ⁊ lōgeuos senes. Sagos itelligit ⁊ ꝯiectores: ex quo gn̄e fuisse Pitheū Pelopis Tethrō patrē diximꝰ ex Plutarcho. ¶ Cōstitit. vno ore p̄dixerunt. ¶ Iste amor. adultere q̄ virū reliquit ⁊ liberos vt externū sc̄q̄ret. ☞ Illa dies ⁊c. Ordo est. Illa dies qua Uenus ⁊ Iuno ⁊ Minerua nuda decētior. i. pulchrior sup. futura sumptis armis. i. si sumpsisset arma. ¶ Uenit i tuū arbitriū. s. q̄libet earū. ¶ Duxit. i. attulit mihi misere fatū. i. fatale exitiū / ⁊ hyems. i. tēpestas incerta amoris pessima. s. in me cepit mutari ab illa. i. post illā diē. Postq̄. s. Ueneri pulcherrimā puellā pollicēti data est a Paride sentētia. Nota est tabula / cū em̄ ad Thetidis cum Peleo nuptias oēs dij deeqꝫ p̄ter Martē ⁊ Bellonā inuitati essent id egre ferētes exclusi: Mercuriū dimiserūt cū aureo malo seu pomo / in quo scriptū erat detur pulcherrime. qđ ꝓiectū inter summas deas: Palladē Iunonē ⁊ venerē / cū singule sibi vellēt / relatū est ad Paridē / q̄ ꝑ Uenere iudicauit mercede pulcherrime puelle illectꝰ cū Minerua sapiētiā / ⁊ in bello victoriā / ⁊ Iuno regnū ⁊ gloriā pollicerent. Diserte ⁊ graphice dicit sumptisqꝫ decentior armis / qꝛ Ueneri nuditas: Minerue armatura cōpetit: ad qđ alludit Ausonius noster vt fere legit sic. Armatā Venerē vidit tritonia Pallas. Nūc certemꝰ ait iudice vel paride. Tū venꝰ armatā q̇d me male sana lacessis. Que quo te vici tēpore / nuda fui. ¶ Uincit / a quarta cōiugatione media longa. i. circūligat. ¶ Quererere sic legēdū est / vt sit qui venit a quererer cuiꝰ scōa est ꝑsona q̄rereris. vel q̄rere pe. lōga reliquis breuibꝰ. ¶ Ille se. erat hoc est vētus de quo q̄rebaris / erat scōs ⁊ ita cōueniēs nauigationi / vn̄ comites te irretitū amore riserūt.

Abies arbor que.
Ceruleus color.
Malꝰ ꝑ nauis arbore.
Nereides que.
Parrhasiꝰ.
Ascensius.
Antonius.

Scilicet vt venias in mea damna celer.
Uotis ergo meis alijs rediture redisti:
Hei mihi pro dira pellice blanda fui.
Aspicit immensum moles natiua profundum:
Mons fuit / equoreis illa resistit aquis.
Hinc ego vela tue cognoui prima carine:
Et mihi per fluctus impetus ire fuit.
Dum moror / in summa fulsit mihi purpura prora:
Pertimui / cultus non erat ille tuus.
Fit propior / terrasqꝫ cita ratis attigit aura:
* Femineas vidi corde tremente genas.
Non satis id fuerat / quid enim furiosa morabar?
Herebat gremio turpis amica tuo.
Tunc fleui / rupiqꝫ sinus / ⁊ pectora planxi:
Et secui madidas vngue rigente * genas.
Impleuiqꝫ sacram querulis vlulatibus Idam:
Illuc has lachrimas in mea saxa tuli.
Sic Helene doleat / desertaqꝫ coniuge ploret.

☞ In me. dā. ad meū exitiū. ¶ Alij Helenā intelligūt q̄ marito Paride fruebatur. ¶ Blāda. dijs supplex. Prodi. pel. ꝑ Helena. ¶ Aspicit immēsum. Pathos a loco: sigeum promōtorium describit: vnde Paris nauigaturus in greciam oram soluit quoue remēsus pelagus appulit. ¶ Moles natiua: locus natura editꝰ non industria. ¶ Resistit: non reijcitur: sed restat immotus. ¶ Hinc ex sigeo. ¶ Ire per fluctus vt citiꝰ te ꝯplecterer. ¶ Fulsit mihi purpura pathos a loco q̄ dicit p̄ter spem. ¶ Purpura purpurata Helena: purpura est cōchilij genus sanguinē habet in gutture: quo inficitur purpura: cōmendantur tyria ⁊ lybica in menynge insula. ¶ Tuus. tibi non conueniebat. ¶ Femineas genas: tres rapuit feminas Alexāder: Helenā: clymenē ⁊ Ethram. ¶ Nō satis id fuerat: rapuisse femias. ¶ Amica turpis: per adulterium ⁊ rapinam parta. ¶ Rupi sinꝰ: vestes laceraui. ¶ Secui madidas genas: contra legem. xij. tabularum: in quibus erat mulieres genas ne radunto: sunt gene quibus oculi vallantur ore extreme. ¶ Sacrā idam: vel propter Cybeles cerimonias ⁊ sacra que in ida celebrabātur: vel quoniā mōtes ⁊ silue sua habent numina. ¶ Has lachrimas: has imprecationes cum lachrimis. In mea saxa: que conscia erant nostri amoris. ¶ Sic tanto incendio. ¶ Ipsa ferat: patiatur mala que ego sentio. Nunc tecum veniunt: cōmiseratio a mutatiōe fortune. ¶ Nūc qꝛ Priami filius diceris: ⁊ qꝛ diues es. ¶ Tecum ve. qui te per apta sequuntur equora: femine fugitiue: ⁊ adultere placent. ¶ Non ego miror opes: non me fortuna aut diuitie impellunt: sed amor ⁊ vetus coniugium.
☞ Scꝫ certe: et est quasi irrisio suipsius: q̄ in damnum suum reditū Paridis optauerit. ¶ Rediture: qui eras redit[u]rꝰ. ¶ Alij ad vtilitatē alterius. s. Helene. ¶ Hei mihi dolet qđ precata sit ad vtilitatem alterius. ¶ Blāda: supplex. ¶ Pro dira pellice. i. i vtilitatē pellicis q̄ mihi nocet. ¶ Pellice. s. mea. i. helena:

Purpura q̄ Gene que.
Cybeles sacra.
* Genas prisci vocabāt eas partes q̄ sunt iter oculos et buccam. Pacu. nūc primū opacat flore lanugo genas.
Dicūt etiā gene q̄ superiꝰ iferiusqꝫ ābiunt oculū. Ennius. Pādite q̄so genas / et corde relinqte somnū.
Dicte gene qꝛ in his pili gignant. Huber.
Pellex que sit.

Queqz prior nobis intulit/ipsa ferat.

Nunc tecum veniant/que te per aperta sequuntur

Equora/legitimos destituuntqz viros.

At cum pauper eras/armentaqz pastor agebas:

Nulla nisi Oenone pauperis vxor erat.

Non ego miror opes:nec me tua regia tangit:

pellex aũt dicitur respectu mulieris ⁊ nõ viri: vt Calisto fuit pellex Junonis ⁊ nõ Jouis:est aũt pellex vt massurius iuriscõsultus scripsit: que cum vxor non sit cum aliquo tñ viuit:vt vxor:quã nunc v̄o nomine amicã ⁊ cõcubinã appellãt.C.Fla.scri.ff.de ver.signi.eam pellicem nunc vulgo vocari:que cum eo qui vxorẽ habeat corp⁹ miscet:quosdã eam vocare:que vxoris loco sine nuptijs i domo sit:quã greci pallacẽ vocãt:vñ nõ bñ sentiũt qui a pelliciẽdo dictã volunt:nam ⁊ Nonius a greco vocabulo significantiã trahere testatur.Festus dicit non solũ mulieres alienis viris succũbentes:sed etiã mares pellices dici:⁊ apud antiquos pellicẽ dictam que vxorẽ habenti nubebat:cui generi mulierũ a Numa põp.etiã pena cõstituta erat hac lege.Pellex aram iunonis ne tãgito:si tanget Junoni crinibus demissis agnã feminã cedito.¶ Aspicit:describit locũ vnde primũ vidit Paridẽ reuertentẽ a grecia cum Helena.Moles:altitudo:magnitudo.¶ Natiua naturalis:nõ autẽ arte facta.Aspicit:dat sensum rei inanimate:non eñ ipsa aspicit:sed qui in ea sit aspicere põt.

Profundũ celo attribuitur.

¶ Im.maximũ.q.d.qḋ sit sine mẽsura.Profundũ:mare alias pro celo ponit.¶ Mons fuit.s.illa moles.¶ Resistit opponitur:⁊ eas frãgit.¶ Hinc ex illa mole.¶ Prima non prima vela sed ego prima.i.ante alios:affect⁹ enim facit vt plerũqz primi sentiamus qḋ alij etiã possunt cognoscere.Oui.de Piramo ⁊ Tysbe.Quid non sentit amor:primi vidistis amãtes:⁊ vocis fecistis iter.Fuit impetus:vehemẽs voluntas.¶ Ire per fluctus vt tibi obuiam irem.¶ Dum moror:dum expecto.¶ In summa mora.i.in summa parte prore.Purpura:vestis purpurea:qui habitus erat muliebris.¶ Tuus cult⁹.i.quẽ tu soleres gestare:aut qui tibi cõueniret.¶ Propior:propinquior.s.nauis.¶ Cita aura.i.volucri vẽto.¶ Genas.i.vultum:partẽ enim pro toto posuit:nam genas teste Festo alij palpebras dici putãt:alij eas partes que sub oculis sunt:alij eas partes quibus barba primũ oritur.¶ Corde.s.meo.Id.s.vidisse faciẽ muliebrẽ.¶ Nõ sa.fu.ad dolorẽ meũ.Quid eñ:parẽthesis ẽ.¶ Herebat tuo gremio:sedebat in sinu tuo:⁊ hoc erat mihi acerbius.Tũc cum vidi amicã esse in gremio tuo.¶ Rupi:dilaniaui.Sinus.vestes Plãxi:percussi.Secui:incidi ⁊ laceraui.¶ Vngue rigẽte.i.vnguib⁹ duris.¶ Impleui.i.exclamaui alta voce.Idã montẽ:de quo Verg.Iamqz iugis summe surgebat lucifer ide.¶ Sacra.s.Cybele.¶ Illuc in idã:has lachrimas quas fundo pre dolore.¶ In mea saxa.i.in saxa mõtis ide in qb⁹ soleo habitare.¶ Sic Helene:imprecatur nũc Oenone similẽ infelicitatẽ Helene:vt quẽadmodum priuauit Oenonẽ marito sic ipsa remaneat priuata suo.¶ Helene:nomẽ est grecus.¶ Sic sicut ego.Queqz due sunt dictiones.¶ Que.i.⁊ ipsa ferat.i.patiatur.Ea que intulit in nobis.i.similẽ iniuriam quã nobis intulit.¶ Nunc tecũ:conatur inducere in odiũ Helenã Paridi cõmemorãs eius impudicitiã.¶ Veniũt:inuidiose ⁊ ad cõtumeliã vsa est plurali pro singulari:sic Teren.pot insçz perpeti meretricũ cõtumelias.¶ Legitimos vi.i.isto matrimonio sibi iũctos:quos non relinquũt nisi impudicissime mulieres.Iuue.Nupta senatori comitata est hippia ludũ ⁊c.¶ At cum.q.d.

Agi qḋ proprie sit.

non sequũtur te:sed fortunam tuã:ego autẽ secuta sum te:que in paupertate tua tibi nupsi ⁊ te amaui.¶ Agebas ducebas ⁊ bñ:nam ,ppie dicuntur agi pecora.Ver.en ipse capellas Protin⁹ eger ago:⁊ idẽ ⁊ potũ pastas age Titire ⁊ inter agẽdum occursare capro cornu ferit ille caueto.¶ Nõ ego miror:occurrit obiectioni.¶ Miror.i.suspicio:⁊ cupio.i.non habeo respectum tuarũ opũ:⁊ tue magne potentie.¶ Tangit:mouet.

Parrha.

Mons fuit.hoc ex eorũ snĩa qui putãt elemẽtorũ mutua vicissitudine.s.dũ aliud in aliud trãsit:rerũ faciẽ mutari:mareqz nũc esse qḋ antea fuit terra:⁊ ecõtrario lege matrona.Arist.⁊ Senc.qstiones naturales hoc expressim in ep̃la Ariadne.Mons fuit.Apparẽt frutices in vertice rari.Nũc scopulus raucis pẽdet adesus aqs.

Ascensius.

Votis ergo tu rediture.i.q̃ debeas redire meis votis.i.ad vota mea:redisti alijs scz Helene extra carmẽ diceret alijs reditur⁹ redisti ⁊c.¶ Terrasqz cita/cõiunges/cita aura nõ cita ratis:vt quãtitas indicat.Sic Helene doleat.vtitur nũc imprecatiue particula sic:quia oppositorũ sepe effectuũ vna sunt arma.¶ Desertaqz cõiuge.i.a marito seu a te seu alio.¶ Nunc tecũ ve.dissimulãter imprecatur.Docet eñ iniquum ⁊ inhonestum esse.

ANTO.

Nec de tot Priami dicar/vt vna nurus.

Non tamẽ vt Priamus nymphe socer esse recuset:

Aut Hecube fuerim dissimulanda nurus.

Dignaqz sum:⁊ cupio fieri matrona potentis:

Sunt mihi quas possint sceptra decere manus.

Nec me phaginea q̃ tecum frõde iacebam/

Despice:purpureo sum magis apta toro.

Deniqz tutus amor meus est:tibi nulla parantur

Bella:nec vltrices aduehit vnda rates.

Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis:

*

Hac venit in thalamos dote superba tuos.

Vt dicar vna nurus de tot.quinquaginta nurus habuit Priam⁹ ⁊ generos.xij.vt in iliade tradit Home.Nurus dissimulanda ab honesto recipi deberi suadet:nõ inqt improbãt meũ cõiugiũ Priamus aut Hecuba:nec si velint põt.Digna sum tuo ꝯiugio:sum eñ nympha Matrona ea est:q̃ ex legitimo m̃rimonio viri peperit.Quas põt sceptra decere.nõ sum ignobilis sed qualẽ decẽt regna.Toro purpure:cõuenit mihi regius thalamus.Deniqz tutus amor:suasio ab vtili.¶ Nulla parantur bella:qualia imminẽt ex Helene rapina.Vltrices:grecorũ classem ad vindicãdã Helene rapinã que fuerũt naues mille centũ ⁊ quinqz ⁊ septuagita:vt Thucydides meminit li.hist.j.¶ Tyndaris Helena tyndari filia ex leda.Reposcitur armis:Palamedes Vlysses ⁊ Menelaus legati ad Troiaz venerũt:vt Helena cũ bonis oĩbus redderetur:cum non impetrassent bellũ indixerũt.Vel hectora fratrẽ.honesta ,phibitio.Non inqt a fratribus q̃ras an sit reddẽda Helena:sed pp̃l'm cõsulas:filij Priami ⁊ Hecuba suadebãt Helenã nõ esse reddẽdam.Sed cũ repetentibus legatis in cõcione oĩs pp̃l's raptũ egre ferret.Priamusqz cũ populo sentiret:oẽs in snĩaz Priami iuerũt pter

Priami nurus.

Dos dicuz datur/et accipit:⁊ non soluz ea q̃ marito ab vxore datur:sed

Que si sit Danais reddenda/vel Hectora fratrem/

Vel cum Deiphobo Polydamanta roga.

Quid grauis Antenor/Priamus q̄d suadeat ipse/

Consule:quis etas longa magistra fuit.

Turpe rudimentum est patrie preponere raptam:

Causa pudenda tua est/iusta vir arma mouet.

Nec tibi si cupias fidam promitte Lacenam/

Que sit in amplexus tam cito versa tuos.

Vt minor Atrides temerati federa lecti

Clamat/z externo lesus amore dolet.

Deiphobū z Hecubā:que cū Priamū tum filios p̄cata:oēs demū in illā volūtatē̄ induxit. ¶ Quid grauis Antenor:p̄iudicio arguit audiendā inq̄t esse maiorū sn̄iam:Antenorē eīm pacis z reddēde Helene cū oībus bonis suasorē fuisse Home.in primis:z Liuius in principio sue historie tradidit. Etas ma.quib⁹ lōga etas rerū experiētiā dedit. Turpe rudimētum:in qua sunt tue cause p̄cipia. Rudimenta oīm disciplinarū dicim⁹ initia. Patrie p̄ponere raptā:si saluti toti⁹ patrie p̄ponas feminā z eam quā rapina tibi cōparasti. ¶ Pudēda:est tua cā inhonesta. Vir menelaus. Iusta arma:qm̄ pro rapta ꝯiuge bellū mouet. Nec tibi si cupias:arguit a violēta diffinitione.retorquet enim in contrariū rem omnē:non est inquit amare q̄d te secuta sit:sed sua facilitate captare. Vt minor atrides:exēplo perfidiā Helene demōstrat. ¶ Atri.mi. Menelaū significat qui pauciores agebat annos q̄ Agamēnon. ¶ Fede.te.lecti corruptū matrimoniū. De tot.s.nurib⁹:erāt eīm plurime. Ver.ij. en.vidi Hecubā:cētūq; nurus. Idē Quinquaginta illi thalami spes ampla nepotū procubuere:siue eīm singulas vxores habebāt filij Priami siue plures secūdū morē barbarorū plurimas fuisse necesse est:plurimi eīm fuisse dicūtur filij Priami. ¶ Nō tñ scz est. ¶ Vt.i.q̄d recuset spernet z dedignet. Nymphe.s. mei. ¶ Dissimulāda:tacēda:z occultāda.i.q̄d Hecubā debeat pudere dicere me esse nurū suā. ¶ Dignaq; sum i.z mereor. ¶ Matrona.i.vxor:nā vt voluit Au.Gel. Matrona p̄prie d̄r que cū viro in matrimoniū cōuenit:lz aliter eā diffiniat Nonius. ¶ Potētis.s.tui. Decere.i.sunt mihi apte manus ad ferēdū sceptrū honeste:licet in siluis habitauerim:z ideo dicit nec me zc. ¶ Faginea frōde:aut sub arbore fagi:aut q2 ex frōdibus arborū fiebāt plerūq; tori z p̄cipue ab his qui habitabāt siluas. Iuue. Siluestrē montana torum cum sterneret vxor frōdibus z culmo zc. ¶ Purpureo toro.i.regio z purpura ornato:quales sunt tori potentū virorū. Deniq; suasit hactenus a p̄te honesti. Nūc vero z a tuto z ab honesto simul arguit se esse retinēdā z Helenā reijciēdā. ¶ Tutus sine periculo. Vltrices.quales pro Helena repetenda parātur. Tyndaris. Helena filia putatiua Tyndari:nā re vera filia iouis fuisse d̄r. ¶ Infestis inimicissimis. Reposcit a marito z a tota grecia. Hac.dote derisiue.q.d.pro dote affert:tibi bellū. Supba q2 videt bellū p̄pter se moueri. ¶ Que.s.Helena. Roga.i.interroga Polydamāta:Polydamas vir Troian⁹ fuit ex primoribus:hz aūt naturaliter primā breuē:sed poete aut addūt vnū.l. aut per diphthongū grecā dicūt Polydamas:sed nostri potius addūt.l. ¶ Grauis:venerabilis prudēs. Quid sue.q̄d sentiat an reddēdā an retinēdā Helenā:nā Antenor vt scri.Home.in cōcilio suasit Helenā oino reddendā:ideo Hora. Antenor cēset belli p̄scindere cām. ¶ Cōsule:interroga sed interrogam⁹ etiā minores z pares:ꝯsulim⁹ aūt maiores z prudētiores. ¶ Quis.i.q̄bus. Aetas lōga fuit magistra:longa eīm etas hoīem facit prudētiorē:q2 multarū rerū vsum.i.experiētiā hz. Nestor apud Oui.li.xiij.met. Nō oia gradior etas q̄ fugiam⁹ hz: seris venit vsus ab annis. ¶ Turpe rudi.turpis istitutio. Raptā abductā nō aūt legitime tibi iūctā. ¶ Patrie:aut ē adiectiuū z subaudit vxori.q̄ sit ꝯ p̄riā tuā:aut certe p̄rie.i.ciuitati tue.i.malle eā retinere q̄ suare patriā tuā:q̄ p̄pter ipsam est peritura. ¶ Vir. Menelaus iusta p̄ recuperāda vxore.nā si p̄ repetitiōe aliar. rex. bellū dicit iustū:quāto iusti⁹ p̄ repetitione vxoris. Pudēda turpis:digna pudore. Arma.i.bella:metonymia est. Nec tibi.reddit eā suspectā īfidelitatis:q2 priori marito nō seruauerit fidē si.i.q̄uis. ¶ Cupias.i.optes. Lacenā.i. helenā a laconia regiōe:vñ fuit oriūda masculinū ē lacō:femininū ē lacena:neutrū nō dicim⁹ lacenū:sz laconicū. Que.s.Helena. Sit v̄sa.i.mutata.s.ab amore Menelai. ¶ In tuos amplex⁹:in tuū amorē z ꝯcubitū. Vt minor:dicit Oenone successurū Paridi:id q̄d euenit:vt.s.ab ea deserat. Vt sicut. ¶ Minor:iunior.scz Menelaus:nā Agamēnone minor natu fuit. Clamat:ꝯq̄rit. Temerati adulterio vitiati z lesi. ¶ Externo:p̄egrino scz tuo. Hectora fratrē. Nō prohibet:vt quidā putat:omnino suadet vt ad Hectorē referat. Hector enim conubij fidē sanctissime coluit. Adiecit Deiphobum non ex historia quippe quē constat authorem fuisse ne redderetur. Sed opinionis errore:z puellari bonitate:quā non decebat esse suspitiosam. Polydamāta:scribe pulydamāta:vt apud persium. Non mihi pulydamas exemplo Homeri notissimo. ¶ Faginea frōde. Est eīm arbor glādifera latis frondibus. Vnde. Titÿre tu patule recubās sub tegmine fagi. Et pōt scribi per ph:q2 venit a greco φαγεῖν q̄d est cōmedere. Tyndaris.i. Tyndari filia saltē putatiua cū sit iouis z ex Lede Tyndari vxore progenita Helena.sic Ver.li.ij. Tyndarida aspicio. Sic z amphitrioniades ab eodē d̄r Hercules/cum sit iouis filius ex Alcmena Amphitrionis vxore. Polydamāta:Polydamas vn⁹ erat ex proceribus Troianis etiā Hectori reuerēdus/ad quē alludit Persius dicēs satyra prima. Ne mihi pulydamas vel Troiades Labeonē pretulerint. Dicitur aūt quasi multorū domitor/z declinatur hic Polydamas huius Polydamātis vel tos.sicut calcas:vnde actūs est. Polidamāta. Consule:consilium pete.vnde consult⁹/a quo petitur consilium. Quis id est quibus etas zc. Patrie.i.incolumitati z saluti patrie tue/q̄ nisi reddideris Helenā:serua permanere nequit. Reddēda ergo est. Nec tibi/aliud argumentū quia z ipsa statim reddi volet.

Tu quoq; clamabis:nulla reparabilis arte

Lesa pudicitia est/deperit illa semel. *

Ardet amore tui/sic z Menelaon amauit:

Nunc iacet in viduo credulus ille thoro.

Clamabis:cum te deceperit. Depit illa semel pudicitia cum corrupta est reparari nō pōt:sn̄ia est simplex. Ardet amore tui:te amat Menelaon:quē deseruit/te secuta. Credul⁹:qui pudicā Helenam fore credidit. Felix andromache:pathos a fortuna aliens. Andromache Ectionis filia Hectori nupsit:cui puerum peperit:vt scribit Home.quem alij scamādrum:alij astyanacta appellarunt. ¶ Certo:vni z constāti. ¶ Ad exemplum fratris:vt

etiā q̄cq̄d alicui datū est vel a natura vel ab hoībus:vñ dotes animi dn̄r prudētia/iustitia/z hmōi. Et dotes corporis pulchritudo robur z his silia. grecor̄ classis i troiā. Tyndaris helena. Helena p legatos repetita. antenor autor reddēde helene. Rudimēta que.

Huber. Matrona que. Tori q̄ materia fiebant.

Polydamas quid. Etas prudētē homines reddit. Parrh. Ascensius. * Semel vsurpat interdū p̄ cito. Ver. Qui ne q̄d tale videret Procubuit moriens:z humum semel ore momordit. Accipitēt p̄ irreuocabiliter. ANTO. Pudicitia semel corrupta e irreparabilis.

Felix Andromache certo bene nupta marito:
Uxor ad exemplum fratris habenda fui.
Tu levior foliis:tunc cum sine pondere succi
Mobilibus ventis arida facta volant.
Et minus est in te/q̃ in summa pondus arista:
Que levis assiduis solibus usta riget.
Hec tua(nam recolo)quondam germana canebat:
Sic mihi diffusis vaticinata comis.
Al's cur harene semina mandas.
Quid facis Oenone:quid harene semina mãdas:
Non profecturis littora bobus aras.
Graia iuvenca venit/que te/patriamq̃/domumq̃
Perdat/io prohibe graia iuvenca venit.
*
Dum licet/obscenam ponto demergite puppim:
Heu quantum phrygii sanguinis illa vehit.

Hector una uxore cõtẽt⁹:z ita tibi satis oenones coniugiũ esse debuisset.¶ Tu levior foliis:nõ crimen sed tua levitas aliaz admisit.¶ Hec tua nã recolo:que pericula immineãt nisi reddatur helena de vaticiniis argnit.¶ Germana.Cassandra excidiũ troianũ pdixit:q̃ apud Actiũ in polyxena ita loquit̃ cum vaticinaret̃.de⁹ inclusus corpore humano iã nõ Cassandra loquit̃ iã mari magno classis cita texit.Excitũ examẽ rapit advenit.Et fera veli volãtib⁹ navib⁹ ꝯpleuit manus littora.¶ Quid facis oenone.Cassandre vaticiniũ de troiano excidio.¶ Quid harene semi.mã.frustra paridẽ amas.Vaticinãtiuz mos est ꝯtorta z trãslata longius oratione proloq.¶ Graia iuven.ve.helenã significat.Que pdat patriã z domũ/in excidiũ troiane urbis:et Laomedontis familie.¶ Io prohibe:vox furentis est:exoptat deos hãc pestem avertere.¶ Puppim obscenã:infausti auspicii.i.paridis navem cum helena submergite:eadem apud actiũ ita loquitur.Adest fax obvoluta sanguine:atq̃ incẽdio:multos annos latuit.Cives ferte opem z restringite.

Andromache que. Cassandra traianũ excidium vaticinata est Io q̃ pars orõnis sit.

Huber.

☞ Tu quoq̃:sicut ipse.¶ Nulla repa.distinguendũ est:ut hoc coniũgatur cũ inferiorib⁹ sic:ut sit sensus z ordo:pudicitia lesa est reparabilis nulla arte:q̃z illa deperit semel.i.pudicitia amissa nunq̃ ampli⁹ reparari põt sicut pleraq̃ alia:ut fides:benivolẽtia:z similia:q̃ amissa possunt etiã reparari:qđ non idẽ pudicitie cõtingit:q̃z mulier corrupta nõ põt esse omni tẽpore nõ corrupta.¶ Illa scz pudicitia.¶ Deperit.i.amittit.¶ Semel:statim z uno tempore:nõ autẽ sepius.¶ Ardet:obiectio.¶ Sic z mene.respõsio ad obiectionem non est fidenduz ei⁹ amori.Sic scilz.ut te amat:non vero amore.¶ Ille menelaus ¶ Credulus:qui nimiũ facile credidit:se amori.Sic scilz.ut te amat:non vero amore.¶ Ille menelaus.¶ Credulus:qui nimium facile credidit se amari.Felix ex cõmendatiõe hectoris fratris tui.¶ Certo id est fido z stabili.¶ Ad exemplũ fra.q̃z sicut ille diligit Andromachẽ:ita me diligere debueras.¶ Tu o pari.¶ Levior:mutabilior.¶ Tunc.q.d.nõ oibus foliis:sed aridis:que solẽt esse leviora.¶ Volãt:sparguntur:z per aera feruntur.¶ Et mi.alia comparatio levitatis.Paridis.comparat enim eum spicis siccis z maturis.¶ Arista.q̃ ita dicta est ab ariditate:lz cõtra naturã sui primitivi corripiat primã syllabã.¶ Que.s.arista.¶ Usta:cocta:ut Persi.Insana canicula messes Jãdudũ coquit.¶ Assiduis so.i.cõtinuis caloribus.¶ Solib⁹:nã soles in plurali pro calorib⁹ vel dieb⁹ accipim⁹:ut tris adeo incertos ceca caligne soles erram⁹:id est dies.¶ Hec tua.dicit oenone hec sibi fuisse prenunciata a Cas.sorore paridis vaticinatrice:ponitq̃ verba eius vaticinii.¶ Tua ger.i.sor scz.Cassandra:fuit autẽ cassãdra priami filia cui⁹ amore captus phebus pmisit ei divinãdi artẽ:si sibi obsecuta esset:qđ cũ illa se facturã dixisset:postea accepta arte z potestate divinãdi negavit.Quã rem phebus egre ferens:cũ ei auferre non liceret quod semel dederat:abstulit ei fidẽ divinationis:effecit eñ ut ei nõ crederet̃.vñ Verg.eneid.ii.Tunc etiã fatis aperit Cassandra futuris ora:dei iussu:non unq̃ credita teucris:dicit igit̃ Oenone cassandrã pdixisse sibi adventum helene pniciosum sibi z troianis.¶ Canebat:divinabat.¶ Hec.q̃ nũc evenerunt.¶ Comis diffusis id est sparsis.¶ Per humeros.quẽadmodũ vaticinãtes habere solẽt:ut Verg.de sibylla:nõ cõpte mãsere come.¶ Quid facis.ṽba cassandre.q.d.frustra amas paridẽ.¶ Quid ha.se.mã.Trãslatio ab agricolz.sicut eñ amittũt semina:q̃ ea in harena spargũt:ita dicunt̃ amittere laborẽ:q̃z in ea re laborãt:quã assequi nequeũt.Nõ pfe.i.reddituris fructũ.Juve.Nos tñ hec agim⁹ tenuiq̃ in pulvere sulcos ducim⁹:z sterili litt⁹ versamus aratro.¶ Graia ecce impedimentũ sui laboris.¶ Juvẽca:p cõtumeliã.nã mulieres impudice iuvẽce z vacce dicunt̃:nec ob aliã cãm Io z proetides in vaccas ꝯverse dicunt̃:nisi q̃z facte sunt impudice.Ovid.lib.i.de arte.Nec fuge linigere mẽphitica tẽpla iuvẽce.Multas illa facit quod fuit ipsa Jovi.i.multas mulieres facit vaccas sicut ipsa fuit.¶ Perdat.evertat z destruat.¶ Io clamãtis est:nõ aũt nomẽ ppriũ:nã pro noie pprio prima lõga est.Juve.si cãdida iusserit Io.Cũ vero hz primã brevẽ est adverbiũ exclamãtis:ut hic interdũ letãtis:ut apud Ovid.in.i.amorũ.Miles io magna voce triũphe canet.dicit ergo.Io phibe.i.phibe.s.ne veniat.Dum lz:dũ nondũ attigit littus.¶ Obscenã puppim.i.que vehit obscenã mulierem.Heu quantũ.q.d.multum.

*Obscenũ aliqñ significat abominabile auguriuz: ut apd ṽg. Obsceniq̃ canes iportuneq̃ volucres. Aliqñ d̃r quod turpe immũdũq̃ ẽ. Semel improprie q̃d significat. Arista vñ dicta est. Soles in plurali. Cassandre historia.

Parrh.

☞ Semel:irreparabiliter.Hora.Et semel emissum volat irreparabile verbum.semel enim fieri dicitur id qđ infectum reddi non potest.¶ Andro.Etronis(ut est apud Homerum)filia Xenon autem tradit ex andremone natã lyrnesio cui suffragatur Aeschylus qui lyrnesiã vocat Andromachã in phrygib⁹.Certo marito.qui pter Andromachã iusto matrimonio nullã sibi iũxit z si liberos ex pellicibus eum suscepisse licet ex Euripide suspicari quod z Anaxicrates argolicorum.ii.videtur affirmare.Juvenca per ambages vaticinium.Nã quod iuvenca significet adulteram queq̃ sui copiam facit:affamie sunt z mere nuge quippe cum dicit Ovidius in arte.Multas illa facit quod fuit ipsa Jovi.intelligi voluit.In lonso:id est isidis ede puellas exẽplo dee suis amatoribus obsequi.itaq̃ morem gerere:ut ipsa io olim iovi.

ASCEN.

☞ Nulla reparabilis arte.Lesa pudicitia/pulchrũ z nimis verũ diverbium.Deperit illa semel.i.ex toto/ita ut nihil restet qđ secũdo perire possit.In toto viduo.i.deserto/ipse viduus.Hec tua(nã recolo)docet a Cassandra se quoq̃ admonitam/sed teucrorum neminem illi fidem adhibuisse/unde est illud eneid.ii.Tunc etiam fatis aperit cassandra futuris Ora.dei iussu non unq̃ credita teucris Apollo enim petiit ab ea stuprum/quod illa se concessurum negavit/nisi prius donum prophetie z vaticinii perpetuum daret/quod ille cũ iuramẽto contulit/sed ubi se a puella deceptum agnovit:(non enim consensit)abstulit ab eius vaticiniis veri fidem seu

credulitatem. ¶ Hanc bacchillides vaticinantem futura Troiani belli mala dum classis in greciam pararet inducit/quem imitatur Hora. libro primo carminũ: sed nerea vatem inducit dicens. Pastor cum traheret per freta nauibus ideis Helenã &c. ¶ Diffusis comis/vaticinantes enim furore rapte capillos dissoluebãt. Unde Eneid. vj. de Sibylla. Non compte mansere come/sed pectus anhelum. Et rabie fera corda tument. ¶ Graia iuuenca venit/alludit ad boues aratorios persistans in metaphora.

Dixerat/in cursu famule rapuere furentem.

At mihi flauentes diriguere come.

Ah nimium misere vates mihi vera fuisti:

Possidet en saltus illa iuuenca meos.

Sit facie quãuis insignis/adultera certe est:

Deseruit socios hospite capta deos.

Illam de patria Theseus/nisi nomine fallor:

Nescio quis Theseus abstulit arte sua.

A iuuene/& cupido credatur reddita virgo.

Unde hec compererim tã bene: queris/amo.

Uim licet appelles: & culpam nomine veles:

Que toties rapta est/prebuit ipsa rapi.

At manet Oenone fallenti casta marito:

Et poteras falli legibus ipse tuis.

Me satyri celeres (siluis ego tecta latebam)

Quesierant rapido turba proterua pede.

Cornigerumq; caput pinu precinctus acuta

Faunus/in immensis qua tumet Ida iugis.

Me fide conspicuus * Troie munitor amauit:

In cursu: in medio vaticinio substinuerunt: nam furore cõciderat. ¶ Ah nimiũ misere vates: apostrophe vtit. ¶ Possidet en saltus: Helena preripuit mihi coniugẽ. ¶ Sit facie insignis: inuidiosa concessio: esto sit pulchra: est tñ incesta. ¶ Deos socios: Hymeneũ & Iunonẽ & deas quinq;: quas Plutarch⁹ p̃esse cõiugijs scribit. ¶ Illã de patria: absens Theseus inquit Diodo. p̃suasus a Pirithoo spartẽ profectus in templo Diane Helenã: q̃ decimũ agebat annũ rapuit post Phedre interitũ: id cũ grauiter atheniẽses ferrent custodiendã matri & Aphino amico in aphidna vrbẽ misit: Castor & Pollux diruta amphidna puellã i patriã retulerũt: q̃q̃ alij puellã Theseum fratribus reposcentibus reddidisse tradãt. ¶ Nisi nomine fallor: historiam non recte se habere comminiscitur puellari simplicitate. ¶ A iuuene & cupido: duo sunt que pudicitie maxime obstant amor & iuuentus. Non est inquit credibile q͡d iuuenis & amãs Theseus castam reddiderit Helenã. ¶ Hec cõpererim: a quo hãc historiam nouerim. ¶ Amo: nihil est quod amor non sentiat. ¶ Toties rapta: primum a Theseo: deinde a te: prim⁹ tamen qui Helenam violauerit eonus Hippocoontis filius traditur. ¶ At manet: ducta in inuidiã Helena se & suum ɔiugium cõmẽdat a fide & pudicitia. ¶ Manet: seruatur. ¶ Casta: inuiolata. ¶ Marito: Paridi. ¶ Tuis legibus quibus tu vsus es. Nam tu aliam ademisti vxorem: recte vt iam vtrum aliũ ego querere potuissem. ¶ Me satyri: peccandi opportunitatem ponit: ne forte crederetur occasionem defuisse. ¶ Turba proterua libidinosa: satyrorum multitudo me sollicitabat. ¶ Faunus: habet instar capri cornua pinuq; coronatur. Tumet eminet. ¶ Troie munitor: apollinem intelligit: quem adiutorem diximus habuisse Laomedontẽ cum neptuno dũ menia Troiana erigeret. Oenonem amauit: & in mercedem stupri medicine artem ostendit.

In cursu. i. in processu. s. sui sermonis. Furentem: diuinantẽ: nam furor etiam de diuinatione dicitur. Diriguere. id est rigide facte sunt ex metu: declinatur autẽ non dirigo: sed dirigeo secũde cõiugationis. ¶ Flauẽtes: albe vel pulchre. de flauo colore dictum est supra. ¶ Nimium vera: quia venit illa iuuenca: & expulit me. ¶ Meos saltus: translatio est: nam iuuence solent pasci in saltibus. i. nemoribus vbi sunt pascua: dicit ergo: illa iuuenca est in possessione meorũ pascuorum. i. possidet te quẽ deberem possidere. ¶ Sit facie: adducit nunc Helenam in contemptum ostendẽs eius infidelitatem & impudicitiam. ¶ Insignis: egregia. ¶ Capta hospite. i. Helena capta amore tui hospitis sui. ¶ Deseruit: fugiens a patria. ¶ Deos socios: vel connubio presidentes: vel socios. i. patrios. ¶ Nescio quis: solemus ita loqui de ignotis. ¶ Abstulit: exportauit. ¶ Sua arte: suis dolis. Uer. At cytherea nouas artes: noua pectore versat Cõsilia. ¶ De patria. s. sua. vnde Paris in epistola ad Helenã. Ergo arsit merito qui nouerat omnia Theseus: & visa es tãto digna rapina viro. ¶ A iuuene: reddit eam suspectã stupri cum rapta fuit. ¶ Credatur. i. debeat ne credi. q. d. non. ¶ Reddita: restituta. ¶ Uirgo. i. intacta & inuiolata. ¶ A iuuene. argumẽtum ab etate: nam iuuenes pronìores sunt in venerẽ. Scri. tamen Hellanicus Theseum iam quinquagenarium fuisse cum Helenam rapuit. ¶ Et cupido. i. amante. argumẽtũ ab effectu animi. ¶ Unde. i. a quo. ¶ Compererim: cognouerim: didicerim. ¶ Hec: que dixi de Helena. ¶ Amo: & ideo amor coegit me ista inuestigare. Uer. q̃s fallere possit amãtẽ? ¶ Licet: q̃uis. Uim violentiã illatã a Theseo. ¶ Ueles. i. tegas. Nomine. s. violentie & nõ voluntarij delicti. ¶ Que totiẽs. sensus est ipsa Helena que toties est capta voluit capi. est autem sententia Herodoti lib. j. loquentis de ipsa Helena prudentium esse pro nullo habere raptarum pulchritudinem: quippe que nisi voluissent haud dubie rapte non fuissent. Totiẽs. inuidiose dixit: cum bis tantum fuerit rapta: primũ a Theseo: deinde a Paride. At cõmemorata impudicitia Helene nunc cõmemorat Oenone pudicitiam suam & loquitur de se tanq̃ de tertia persona. Fallenti: tibi qui me fallis. ¶ Tuis legibus: quia quo iure vtitur maritus in vxorẽ eodẽ potest vti vxor in maritum. Me satyri. cõmemorat copiam amantiũ a quibus dicit se sollicitatam. Satyri: dij siluestres. Turba proterua: sunt enim libidinosi multum. Ouid. Et in venerẽ satyrorum prona iuuẽtus. Rapido pede. i. celeri persecutione. Siluis &c. parenthesis. Faunus precinctus caput pinu acuta: quia coronas ex frondibus pineis ferre dicitur. ¶ Qua subaudi ei qua scilz parte. ¶ Ida mons Phrygie. Tumet: altus est. In iugis id est

Antonius.

Cõiugales dij.

Oenone violata ab apolline.

* Conspicuus modo sagacẽ: per spicacẽ: & acutũ significat. Quintilia. Cõspicu⁹: sagax: callid⁹: mõ clarũ: & qui ab oib⁹ cõspicitur. Huber.

Dirigeo vñ diriguere.

Iuuenes in libidinẽ proniores.

altitudine. Me fide: dicit se etiam amatã a Phebo: ab eoqꝫ per vim raptam virginitatẽ suam. ¶ Munitor: mutator. vnde menia dicuntur quasi munia mutata e diphthongo in u. Constat autem ex fabulis Phebum cum neptuno promissa sibi mercede a Laomedonte Troie muros fecisse. ¶ Conspicuus: insignis. ¶ Fide: cithare.

Parrhasiꝰ. In cursu. in medio vaticinandi calore: cum longe plura predicanda sibi restarent. ¶ Famule rapuere: nam Priamus imperauerat vt quoties Cassandra solueret os in oracula toties eam famule coercerent marmorei thalami claustris vt insanam meminit Lycophron: z eius interpres. Iuuena. Aut oratorie mentitur: vt Helenam adducat in suspitionem stupri: aut certe iuuenem producit ex sententia Varronis ad annum. v. z. xl. nam cum Theseus Helenam rapuit agebat annum fere quinquagesimum.

Ascensius. Capta hospite. id est pulchritudine eius nõ vi. ¶ At in iner Oenone. Plena laus ex alterius vituperatione z sui cõmendatione/ nam se castam z fidelẽ viro adultero probat permansisse. Helenã vero incastã z viro fideli infidelẽ fuisse criminatur. ¶ Me fide cõspicuus. a nt̃o fides huius fidis. quis Priscianus velit dici hec fidis: non fides in ea significatione qua chordam plectri seu cithare significat/ nec est a nt̃o fides fidei/ vt eius quantitas probat/ quia corripitur abltũs tertie/ z producitur quinte. Et ergo Apollo munitor Troie conspicuus fide. i. lyra/ qr vt dicit Hor. in arte. Ne forte pudori sit tibi musa/ lyre solers z cantor Apollo est. Item et munitor Troie. Unde Aeneas ad eũ lib. vj. Phebe graues Troie semp miserate labores/ Dardana qui Paridis direxit tela manusqꝫ. Is aũt medicine repertor dicitur. Uñ ipse alibi apud hunc poetã. Inuentũ medicina meũ est. Et potissimũ ex herbis qd ideo fingitur/ quia Apollo sol est qui herbis radicibusqꝫ vitã medicina influit. Eum idẽ oraculorũ z vaticiniorum deus: quia certissima sunt solis indicia: vnde solẽ quis dicere falsum audeat? verũtamẽ quia a summo deo omnia depẽdẽt: ne ergo Apollo q̇dã futura noscat nisi ab Ioue disceret. Unde eneid. iij. Que Phebo pater oĩpotens: mihi Phebus Apollo Predixit/ vobis furiarũ ego maxima pãdo.

Ille mee spoliũ virginitatis habet.

Id quoqꝫ luctando/ rupi tamen vngue capillos.

Oraqꝫ sunt digitis aspera facta meis.

Nec precium stupri gemmas/ aurumqꝫ poposci/

Turpiter ingenuum munera corpus emunt.

Ipse ratus dignam/ medicas mihi tradidit artes:

Admisitqꝫ meas ad sua dona manus.

Quecũqꝫ herba potens ad opem/ radixqꝫ medendi

Utilis in toto nascitur orbe/ mea est.

Me miseram: q amor non est medicabilis herbis:

Deficior prudens artis ab arte mea.

Ipse repertor opis vaccas pauisse Phereas

Fertur: z a nostro saucius igne fuit.

*

Quod neqꝫ graminibus tellus fecũda creatis/

Nec deus/ auxilium tu mihi ferre potes.

Et potes/ z merui/ digne miserere puelle.

Non ego cum Danais arma cruenta fero.

Sed tua sum/ tecumqꝫ fui puerilibus annis:

Et tua quod superest temporis esse precor.

¶ P. Ouidij Nasonis epistolarum Heroidum Liber Primus finitur.

MATO. Spoliũ virginitatis: meã virginitatẽ delibauit. Anteqꝫ potuisset me potiri. ¶ Aspera. qm̃ vnguibus illa secuit. ¶ Gemmas aurũqꝫ: mundum muliebrem significat. Corpus ingenuum: puelle libere non debent precio prostare. Ingenuus est cuius maiores semp fuerũt liberi: nec vnq̃ seruierũt. Ratꝰ dignã: cõmendat se ab artificio z dei iudicio cum me tãto munere Apollo dignã existimasset. ¶ Medicas: medicine artem me docuit: cuiꝰ inuẽtionẽ multi ad Apollinẽ retulerũt. ¶ Ad sua dona ad medicinã cuiꝰ est author. ¶ Quecunqꝫ herba potens: recte hoc: nam ex herbis medicinã tm̃ apollinem reperisse legimus. ¶ Ipse repertor opis: exẽplo mõstrat amorẽ nulla arte medicari posse. Apollo captꝰ amore alceste pelei filie: admeti regis pauit armẽta. ¶ Admetus rex pherarum fuit z eius filius Eumelius: q nauibꝰ. xj. vt scri. Homerꝰ ad obsidionẽ Troianam pfectus est. Phere oppidũ est thessalie. Alij tradunt amasse apollinẽ ipsen machārei filiã cũ admeti pauit armẽta: vt in metamorphosi dximꝰ. Nostro igne meo amore flagrauit. Qd neqꝫ graminibus: cõmiseratio ẽ a facili: potes inq̃t sanare mea vulnera: que nec arte nec dei ope coirent. ¶ Merui: qm̃ tot bñficijs de te bñ merita sum. ¶ Nõ fero arma cruẽta: nõ sũ tibi hostis: nec mea cã bellũ subibis. ¶ Sed tua sum pathos a tpe. Ille scꝫ Phebus spoliũ: trãslatio a victore: nam spolium dicitur quicquid victo eripitur a victore. Id quoqꝫ. i. spoliũ virginitatis. Luctando. s. habet. i. pugnãdo: z nõ voluntate mea. ¶ Rupi: laniaui. Capillos ipsiꝰ Phebi. Ora phebi. Gẽmas. precium zc. appositio est: vel declaratio. ¶ Preciũ: mercedẽ. Turpiter: sñia est exornatio rhetorica. Ingenuũ liberum. i. turpe est libere mulieri corpus suũ pro questu pstituere/ inde z meretrices dicũtur a merẽdo. Ipse. s. Phebus. q. d. sponte sua me nihil petente. Ratus arbitratꝰ. ¶ Medicas artes. i. artes medẽdi. ¶ Admisit: accepit vł adhibuit. Herba z radix i his eñ magna est vis ad curãdos morbos potens: efficax. ¶ Mea est. i. mihi cognita: z mee arti subiecta. Me miserã: cõqueritur qd hec ars eiꝰ morbo. i. amori non possit mederi. Prudens artis. i. perita medicine. ¶ Deficior: derelinquor. Ipse. s. Phebus. Repertor opis. i. medicine: quã appellat opẽ: qr hoïbꝰ etiã de vita periclitãtibꝰ opitulat. hanc aũt artẽ a Phebo inuentã ipsemet lib. j. demonstrat dicẽte Phebo. Inuẽtũ medicina meũ est: opiferqꝫ per orbem Dicor: z herbarũ subiecta potẽtia nobis. ¶ Pauis. i. ad pascua duxisse: ab eo qd est pasco. Phereas: Thessalicas id est vaccas Admeti regis Thessalie. Phere enim pluraliter declinatũ vrbs fuit Thessalie neqꝫ legẽdũ est Phareas. Fabula aũt hoc habet. Cum ob Hippolytũ discerptũ ab eq̃s: vt supra diximꝰ miseratione

*Gramen herba vulgatissima: sic dicta q geniculatꝫ internodijs mirifice serpat: a gradiẽdo: vel a gignẽdi fecunditate: crebro enĩ nouas spargit radices. Refert plinius eam herbã nasci vbi humanꝰ sanguis ceciderit. Qñqꝫ tñ gramẽ generalit ponitr p oĩ herba.

Ingenuus qs dicitur.

Apollinis z alceste Amor.

Admetus quis sit.

Oppidum phere vbinã locorũ sit.

Huber. Uis radicũ in morbis curandis.

Admetus Phedra. Esculapij interitus. Apollo deitate priuatus.

Puer quo pacto apd antiqs plectebatur.

Diane ab Esculapio ad vitã reuocatũ indignatus esset Juppiter id cuiq̃ nisi sibi liceret Esculapium fulmine interemisset Apollo pater Esculapij id egre ferens Cyclopas qui fulmina ioui fabricauerãt verberauit. Quare iuppiter eum deitate priuauit vt quidã volũt per annos nouẽ: quo tpe dicit pauisse in Thessalia armẽta regis Admeti. Saucius: pcussus. Verg. At regina graui iãdudũ saucia cura. Nec deus. scʒ phebus. Merui: q̃ te dilexi: ⁊ semp tibi fida fui. Digne mereti. Nõ ego: reuocat etiã odiũ Helene: propter quã significat bella a grecis moueri. ¶ Cũ danais: cum grecis sicut Helena. Puerilibus: pro puellaribus: q̃ puer teste Prisciano apud antiquos cõis erat generis. ¶ Temporibus. subaudi id tẽporis qđ superest: qđ restat. ⁊ sic finis est epistole. Paris aũt non flexus est verbis Oenones: sed ea relicta Helenã accepit: que vt supradictũ est: cã fuit euersionis Jlij ⁊ totius Troie: dicitur tñ a Stra. in Crebrenia regione mõstrari sepulchrũ Paridis: ⁊ Oenones eius vxoris: ex quo videtur non eã penitus dereliquisse: sed vt diximus magna est opinionum varietas.


¶ Turba proterua. allusit ad originẽ vocabuli. Satyros enim dictos a σαθη q̃ prisca grecorũ lingua significat mentulã. Macro. author est. q̃ salaces ⁊ libidinosi sunt. Parrhasi⁹

¶ Me miserã/q amo/vt Valla docet quotiẽs o pticula subticetur/non tã vehemens est excãdescentia/nec πάθος quocirca modesti⁹ dicit me miserã quã o aut heu me miserã/regitur tñ ab o subintellecto: aut me miserã iudico/aut cẽseo(quã. i. amor q̃ non est medicabilis herbis. ¶ Non ego cũ Danais. sic Dido. Nõ ego cum Danais Troianã excindere gentẽ Aulide iuraui. Et tua precor esse tua. Sic alibi. Me tamẽ excepto qui precor esse tuus. vbi authore Valla dicere potuisset/sed non tã elegãter quẽ precor esse tua: ordo autẽ est. Et precor. i. precibus cupio esse tua supple illud tẽporis. i. per illud tẽpus qđ superest. i. reliquum est nobis. Ascensius.

¶ Jn sextam epistolam argumentum.

LEmnos insula in ionio adiacet Macedonie contra athon montẽ: vrbes habet myrinã maritimã ⁊ ephestiã mediterraneã: hic cum regnasset Thoas Bacchi filius: bellum cõtra tracas multos annos gessit. Mulieres lemniace: qm̃ hircum olerent quod indignata Venus effecerat viris destitute Polyxus cõsilio redeũtes viros vna nocte omnes peremerũt: sola Hipsiphyle Thoantẽ patrẽ seruauit. Ea tẽpestate Jason Aesonis filius cum quatuor ⁊ quinquaginta argonautis: ad rapiẽdum aureum vellus in Colchos nauigãtes in insulã delati a lemniacis puellis hospitio ⁊ thalamo sunt excepti. Jason Hipsiphylem que regnum paternum tenebat. grauidã fecit: discedẽs si ex expeditione Colchica rediisset de coniugio spondet tertio anno: post Medee ope oete regis filie aureo rapto vellere in Thessaliam rediit: inito cum Medea cõiugio. Nauim argo Neptuno isthmio dedicauit: ipse ad Creontem corinthiorum regẽ diuertit: cum quo. x. annos cum Medea cõmoratus est. Jd cum Hipsiphyle forte aut nuncio aut coniectura suspicaretur: per epistolã Jasonis perfidiã expostulat. Primum coniecturã ponit se esse ab Jasone destitutã: deinde perfidiã notat. Demum in Jasona ⁊ Medeam leuissime imprecatur.

* Reducẽ ⁊ reduces illos dicimus q̃ a periculis in tutũ: ab exilio siue captiuitate reducũtur in patriã Ci. p Milo. qđ mere ducẽ eẽ voluistis: an vt spectã te me expelle rẽtur q̃ per quos essẽ restitutus: Antonius. Locus eno datus. Colchos vbinam locorum sit. Alcestes Amphimones euadnesq̃ fuere. Thessalia vndenomẽ accepit.




Jttora Thessalie reduci tetigisse carina. Vt posteritati cõsuliã domitij manes ignoscãt: falsũ inquit esse Jasonẽ in Thessaliã rediisse. Jn quo dum alios accusat: falso tabellas ipse signauit. Nã Diodo. histo. iiij. scri. Jasonẽ cum redierit Colchon quod est Thessalie oppidum: et pelie regia tres pelie filias viris tradidisse. Admeto alcestien: andremoni amphimonem Aenocephali phoceorum regi Euadnem. Orpheus quoq̃ de reditu argonautarũ refert Jlli igitur vẽtis acti referũtur Colchon: quẽ in met. secut⁹ Oui. de Jasone tradit. Victos Colchiados tetigit cũ cõiuge portus. Thessalie. Thessalia a Thessalo emonis filio nuncupatur Diodo. a Thessalo Medee ⁊ Jasonis filio. ¶ Carina redu. argonam icolumes rediisse in patriã. ¶ Aurate ouis: ariete velleris aurei: nõ ouem dicere debuisset: quem alij filium Theophanes ⁊ neptuni scribunt natũ in orchomeno Boetie: alij in Thessalia: alij hũc fuisse phryxi pedagogum narrant: cuius pellẽ oeta Marti dicauit.



¶ Hipsiphyle Jasoni.



Jttora Thessalie reduci tetigisse carina:
Diceris: aurate vellere/diues ouis.



Jttora: vt huius epistole argumentum plenius ⁊ melius percipiatur: aurei velleris fabula primũ est referẽda: que ab Oui. lib. iij. fast. circa finẽ ponitur. Athamas Aeoli filius Nephelẽ vxorẽ primam habuit: ex qua phryxũ ⁊ hellem genuit: qua amissa ⁊ in nubẽ cõuersa ⁊ facta dea: duxit aliam vxorem inonẽ Cadmi filiã: que cũ more nouercarũ odisset priuignos: coxit semina que agricole seminarent que cum eo anno nullum fructum produxissent: ⁊ magna frugũ penuria esset subsecuta: missus est sacerdos: qui oraculũ sciscitaretur de remedio huius mali: verum sacerdos ab inone corruptus nunciauit oraculũ petere: vt phryxus ⁊ helle mactarẽtur ad placãdos deos: quod cũ pr̃ Athamas diu facere recusasset: tãdẽ ⁊ ciuium ꝯsensu ⁊ necessitate compellente: cum phryxũ ⁊ hellẽ iã ante aras vittatos constituisset: vt eos mactaret. Nephele eorum mater nube sua deuecta ad eos: vt fugerẽt precepit: tradiditq̃ arietem lanã aureã habẽtem qui eos trãsueheret vltra mare. Sed helle puella cum timuisset ⁊ male inhereret arieti cecidit: ⁊ mari in quod ceciderat nomen dedit: nã hellespontum ab ea appellauerunt. Phryxus vero in pontum pfectus in Colchida delatus est vbi arietem sacrificauit: ⁊ pellem aureã ipsius arietis in templo Martis suspendit: quod Dio. ex oraculo monitum fecisse dicit. Postea Oeta in ponto regnãte ex oraculo responsum datum est illum tunc moriturum: cum ab externis nauigio delatis aureum illud vellus sublatum fuisset: hac cã ostẽtauit se innata crudelitate hospites sacrificare: vt diuulgata tãti sceleris fama externi omnes ab eius regionis accessu ⁊ ab aurei velleris raptu abstinerent: ⁊ vt Dio. fm hist. voluit: templum muro circũdedit custodesq̃ multos apposuit ex Taurica accitos de qb⁹ a grecis fabule mirãde sunt. Decãtatũ eñi est tauros ignẽ spirãtes circa templũ esse ⁊ a Dracone peruigili custodiri vellus: qđ qui voluisset auferre sopiendũ draconẽ: domãdos tauros ignem naribus vomẽtes: Serpẽtis dentes serendos ex quibus orituros homines armatos

Vellerũ aurei fabula. Auber. Argumentum epistole d quo supra. Oeta vbi regnauerit.

ꝯtra quos pugnādū esset:⁊ deniqȝ eos vincendos:⁊ sic aureū vellus auferēdū:que oīa fabulosa sunt:nā allegorice aliter intelligunť:vt postea dicemus forte per ea tpa in thessalia regnabat Pelias Esonis patris Jasonis frater:qui virilis sexus liberos nullos habebat:iason igiť cū esset robusti corporis:animiqȝ p̄ter ceteros sue etatis magni:cupiēsqȝ dignū aliquid facere ex superiorū exēplo:maxime persei:aliorūqȝ plurimū quos ex claris externisqȝ expeditionib⁹ immortalē gloriā assecutos audierat:cōicauit cōsiliū cū pelia rege patruo suo:q̄ eius desiderio assensus est nō vt iasonis gloriā augeret:sȝ sperās illū in belli expeditiōe periturū:nā q: se filijs masculis priuatū esse videbat:fratrē timebat:neqñ filij ope ⁊ virtute adiut⁹ sibi regnoqȝ insidiareť.Simul ⁊ territus oraculo qd̄ acceperat sibi neptuno annua sacra reddēti pede nudo interueniente aliquo se cito moriturū.

Pelias vbi regnum tenuerit.

Acciderat aūt vt eo sacrificāte iason altero pede nudo interueniret:quem discalciauerat:q: in aqua sine limo Anauri fluuij madefacerat.Hanc igitur suspitionē occultā tenēs Pelias pollicitus est se iasoni auxilia laturū:si expeditionē pararet in colchos ad rapiendū vell⁹ aureū:⁊ cū ꝓpter barbararū efferarūqȝ gētiū:q̄ pōtū habitabant crudelitatē/videret iason quo difficili⁹ sibi certamē ꝓpositū esset eo sibi maiori glorie fore necessaria sibi ad id bellū parauit:⁊ primū iuxta Peliū mōtē nauē edificauit:magnitudine lōge maiorē ꝙ̄ q̄ ad eā diē fieri cōsueuerāt:erat eñ antea paruarū nauicularū vsus:hui⁹ vero eximiā magnitudinē stupentib⁹ oīb⁹ diffusa per greciā eius rei fama multi egregij iuuenes vltro ad certamē:⁊ ei⁹ belli cōionē allecti sunt:iason in aquā deducta naue:⁊ necessarijs reb⁹ suis optimos oīm q̄ cū eo ire cupiebāt elegit nūero q̄tuor ⁊.l.Ex eis clarissimi fuerūt castor ⁊ pollux:Hercules:telamō:orphe⁹:⁊ ipse nauigij autor iason:nauis argos dicta est ab argo eius architecto:vt quidā scriptores asserūt:q̄ etiā inter nauigādū ei⁹ resarciēde curā acceperat:alij volūt a velocitate dictā:nā argos grece velocē significat.gubernator tiphis fuit:de quo Ver.Alter erit tum tiphis:⁊ altera q̄ vehat argo Delectos heroas.⁊ Ouid.in.j.de arte.Tiphis i hemonia puppe magister erat:ipsi socij a naue argonaute dicti sunt.Ex pegaseo igiť thessalie sinu soluētes in lēnū delati sunt:vbi iason consuetudinē habuit cū hipsiphyle thoātis regis filia:q̄ tūc lēni regina erat:nā viros oēs(vt infra diceť)lēni mulieres interfecerāt:⁊ femineo regebanť imperio:verū ꝯsumptis duob⁹ annis cū hipsiphyle:⁊ ea grauida facta iason tādem discedere coact⁹ est.Itaqȝ ex lēno data fide hipsiphyle soluerūt:vt p̄positā expeditionē pficerēt.Cū igiť in colchos delati essent:edoctiqȝ fuissent a Medea de crudelitate patris q̄ hospites sacrificabat:pollicitaqȝ eēt se adiutricē ad pficiēdū certamē ⁊ draconē sopiēdū:taurosqȝ vincēdos:vt fabule tradūt:iason iureiurādo data fide vxorē sibi futurā quoad vita supstes eēt spopōdit:ope igiť ipsi⁹ Medee victoriā adeptus iason:eā secū adduxit:qd̄ cū intellexisset hipsiphyle dolēs se relictā ab iasone:⁊ aliā sibi p̄latā hac epi.p̄mū gratulať iasoni de reditu incolumi:⁊ victoria parta de aureo vellere:inde cōqueriť qd̄ eā reliquerit ꝓpter Medeā:quā nititť adducere in odiū:in inuidiā:⁊ in cōtēptū ipsi iasoni:ostēdēs eam esse crudelē:superbā ⁊ impudicā.Sed iam ad textum.Littora.i.portū.❡ Thessalie:regionis tue.Reduci:incolumi:⁊ ex magnis periculis liberata.Nā Seruio teste proprie dicunť reduces:q̄ pericula euadūt.Ver.enei.j.Nāqȝ tibi reduces socios classemqȝ relatā nūcio.⁊ idē.vt reduces illi ludūt stridētibus alis.❡ Vellere:lana diciť aūt a vellēdo:q: apud antiquos non tondebať sed vellebatur.

Anaur⁹ fluui⁹ vbi sit.

Reduces q̄ sint.

Vellus vnde dicatur



Ittora Thessalie:quia arg.⁊c.Explanatione digna vtiliter explanata sunt/paucis ordinem prosequar qui talis est.O Jason tu diceris scilicet vulgo tetigisse littora Thessalie id est patrie tue vnde ad aureum vellus in Colchon profectus eras.❡ Carina.i.naui.scilicet argo reduci i.reducta ac vos reuehente:sed.reduces passiue fere dicimus id est reductos existens dux vellere ouis aurate.i.ariete aureo vellere tecto.

ASCEN. BAD.

Gratulor incolumi/quantum finis/hoc tamen ipso

Debueram scripto certior esse tuo.

Nam/ne pacta tibi preter mea regna redires:

Cum cuperes/ventos non habuisse potes.

al's qualibet.

Quelibet aduerso signetur epistola vento:

Hipsiphyle missa digna salute fui.

Cur mihi fama prior/ꝙ̄ nūcia littera venit:

Isse sacros martis sub iuga panda boues?

Seminibus iactis segetes adolesse virorum?

Inqȝ necem/dextra non eguisse tua.

Peruigilem spolium pecudis seruasse draconem/

Rapta tamen forti vellera fulua manu?

Perfide quo pretio/qua nece dignus eras?

Ipse quidez/per me/tutus/sospesq; fuisses:

Non quia tu dignus/sed quia mitis ego.

tri.scri.Inde loco nomẽ Thomos est quia dicitur illic:membra sui fratris subsecuisse soror. ¶ Parceret?interrogatiue.q.ꝺ.non.Ablate:capte. ¶ Preposuisse to.hi.i.maluisse eam vxorem q̃ me. ¶ Turpiter adducit eã in contemptũ eius impudicitiã commemorãs.Uirgo ad etatem retulit.Uirum scilicet te.Turpiter.quia id fecit clam patre suo.Teda:pro nuptijs ponitur.Prodidit.decepit.quia fauit tibi qui eius res eras rapturus.et eo insciente aufugit. ¶ Rapui.liberaui.Thoanta:patrem meum vt supra diximus.Deseruit.quia fugit.Habet tenet me.quia remansi in patria sicut honestas decet mulieres. ¶ Quid re.male legit quid referam.cum legendum sit q̃d refert?nam postea q̃ cõmemorauit hipsi.probitates suas ꝛ medee flagitia.dicit quid tñ refert quod ego sim ꝓba.ꝛ ipsa flagitiosa:si plus possunt scelera q̃ ꝓbitates ꝛ hec est vera lectio:talis est etiã sensus apud Ouid.li.ij.met. ¶ Quid tñ hic prodest:si diro facta volucris Crimine Nyctimene nostro successit honori.ergo. Quid refert.i.quid ꝓdest.Si scelerata medea.Uincit piam.s.me.Et est dota.ipo cr.i.si a te existimat habere satis magnã dotẽ q꞉ est venefica.Emeruit.s.ꝑ crimina ꝛ scelera sua.Lemniadũ.ne ipsa hipsiphyle dicat esse crudelis:q꞉ crudele factum lemniadũ supra cõmemorauit:excusat eas.Culpo.i.reprehẽdo.Nõ miror:q̃d iterfecerint viros a quib⁹ spernebant.Quelibet ar.sic Uer.Quodcũq; repertũ Rimanti telum ira facit.Dolor:qualis erat ipsarũ:q̃ spernebant.Dic age:interrogat iasona:quo vultu vidisset ꝛ eã ꝛ filios suos:si vẽtis delatus fuisset ad littus Lẽni.Age.hortantis:ordo est.Age.dic quo vultu videres natos ꝛ me:si tu actus ventis iniquis intrasses portus.ꝛ ego exissem obuia ꝛc.Hiscere.per parenthesim ꝛ interpositionẽ legẽdus est hic versus.Terra fo.roganda a te hiscere.i.vt hisceret ꝛ se aperiret tibi:vt te absorberet potiusq̃ aspectuz meũ quam deceperas videres cũ adultera tua.Quo.i.quali.Quo pretio.i.qua pena.Sic Ter.Ego pretiũ ob stultitiã fero.Iu.ille crucis pretiũ sceleris tulit.i.penã.Qua nece.q.ꝺ.crudelissima.Ipse:tu.Per me.i.quantum ad me pertinet q꞉ nihil nocuissem tibi.Non q꞉ tu dignus:sc3 sis esse totus.Sed q꞉ ego mitis.i.clemens que nescio nocere.

☞ Cognosceris il.i.in illis aut per illos/q꞉ simillimi sunt ꝛ tui/s3 fallere nõ norũt.cetera patris habẽt:idest in omnibus patri similes sunt preter q̃ q̃ non sunt fallaces vt tu.Pignoribus parceret illa meis.q.ꝺ.minime. Notus est versiculus.Pignora natorum dicuntur pignera rerum:scil3 aliarũ que in pignus dant.Ablate scil3 a sensu ꝛ ratione/venenis Colchis id est colchicis principale pro deriuatiuo.Emeruit id est expresse meruit. Culpo.non miror id est nec approbo ꝛ laudo/nec imitor vt miratoreq; catonis apud Lucanum.Quelibet iratis:sic Aeneid.j.Furor arma ministrat.Dic age si ven.Prudenter ponit casum vt casus fiat ꝛ contingat/nam desiderabile esset patri liberos gemellos/quos nunquam viderat obuiam habere.

☞ Pellices.Medee.Inplessem:fedassem. Quosq; vene.abstu.iasonis vult⁹ intelligit:fedassem me de medee sanguine. ¶ Abstulit.a me abegit.Medee me.fo.cõtra medeã medee seuitia vterer. ¶ Q̃d si q̃s ab alto:cõcludit ꝑ imꝑcationẽ. ¶ Succuba no.succubã dicim⁹ que alienũ thalamũ violauit. ¶ Leges suas: deploret in eadem cõditione sit a se a viro destitutam vt mihi sua causa cõtingit.iason me deam pepulit:cũ creusam creontis filiã vxorẽ duceret. ¶ Totidem natis ꝛ viro.Medea cyndimum ꝛ Thesandrũ peremit:iason seipsum

Pellicis ipsa meos implessez sanguine vultus:

Quosq; veneficijs abstulit illa suis.

Medee Medea forem/quod si quis ab alto

Iustus adest precibus Iuppiter ipse meis.

Q̃d gemit Hipsiphyle/lecti quoq; succuba nostri

* Hiscere patescere: q̃nq; etiã hiscere est submisse loqui siue os ad loquenduz aperire. Plau. Ne hiscere q̃dẽ audet. Uergi.Uix pauca furẽti. Subijcio:ꝛ raris turbat⁹ vocib⁹ hisco.i.loquor. Huber. Absyrtus. Thomos.

Locus restitut⁹ ꝛ enodatus.

Age q̃d sit.

ASCEN.

ANTo.

Succuba que sit. Iasonis noua nupta medee truculẽtia i ꝓpos natos medee fuga ꝛ ipsius errores.

Moreat

Mereat/⁊ leges sentiat ipsa suas.

Utq; ego destituor cõiunx/materq; duorum

A totidem natis orba sit/atq; viro.

Nec male parta diu teneat/peiusq; relinquat:

Exulet/⁊ toto querat in orbe fugam.

Quam fratri germana fuit/miseroq; parenti

*

Filia/tam natis/tam sit acerba viro.

Cum mare/cum terras consumpserit/aera tentet/

Erret inops/expes/cede cruenta sua.

Hec ego coniugio fraudata Thoantias oro:

Uiuite deuoto nuptaq;/virq; toro.

cõfecit. ¶ Male parta: Jasonẽ significat: quẽ suis veneficijs erit emerita. ¶ Toto orbe: Medea icẽsa creontis regia ad fugã cõpulsa draconibus alatis vecta Thebas venit: Herculẽ insania purgauit: inde athenas ad egeũ fugit: accusata veneficijs i phenicia nauigauit: inde ad supiores Asie oras migrauit: vbi Medũ filiũ peperit: demum Colchos redijt vbi diem obijt. ¶ Fratri absyrto: quẽ laniauit. Parẽti: oete quẽ erat fatũ interire: cũ raptũ fuisset aureũ vellꝰ: ⁊ a meleagro perẽptꝰ est. ¶ Acerba: crudelis. ¶ Natis: dyndimo ⁊ thesandro Thessalꝰ fugit. ¶ Uiro: Jasoni quẽ ad necẽ impulit. ¶ Male parta: male dilabunt. ¶ Aera tẽtet: qm draconibus alatis volasse diximus. ¶ Sua cede: suoꝝ morte. ¶ Expes: spe oi destituta ⁊ ope. ¶ Fraudata ꝯiugio: cui vir non redijt: vt debuit. Thoãtias: Hipsiphyle Thoãtis filia. ¶ Oro: ipcor. ¶ Deuoto: dirꝫ ipcatiõibꝰ meis dãnato vr̃m inq̃t ꝯiugiũ eo exitu claudat: quẽ mee imprecationes deuouẽt. ☞ Pellicis. Medee. ¶ Sanguine suo: q: dilacerassem eiꝰ vultꝰ. Quosq;. i. ⁊ vultꝰ: scilicet tuos. ¶ Quos abstulit veneficijs suis. i. quos suis incantatiõibꝰ cepit: vt supra. Colchisq; ablate venenis. ¶ Medee medea: ꝓpriũ nomẽ ꝓ appellatiuo posuit. i. Medeã ꝓ crudeli.

Octis fatalis mors.

Sententia pulcherrima.

Qd si q̃s. imprecat Medee eadẽ q̃ ipsa patit: vt ita aliquando priuet marito: sicut ipsa priuata est ab ea. ¶ Si iuppiter iustus exaudit preces ⁊ vota mea. ¶ Succuba: ꝯcubina scꝫ Medea. Mereat: fleat. ¶ Quod hipsiphyle gemit. i. id quod ego doleo scꝫ mihi ereptum maritũ. ¶ Suas leges: quia qui alij facit iniuriam: dat quodãmodo leges sibi quoq; inferẽdi iniuriam. ¶ Ut ego: optat vt Medea iam facta mater de Jasone post filios susceptos ita relinquatur ab Jasone vt ipsa relicta fuit. ¶ A totidẽ natis. i. post totidẽ natos. i. postq̃ duos filios susceperit: quod quidẽ ita ei accidit sicut imprecata est. ¶ Male parta. male quesita. fm prouerbium ⁊ dictum cuiusdam poete male parta: male dilabuntur. ¶ Peius: q̃ scilicet acquisiuerit. Exulet: expellatur ex patria. ¶ Quam fratri: vt terreat Jasona imprecatur etiam vt Medea sit ei et filijs eius crudelis: ordo. ¶ Illa sit tã acerba natis. i. tam crudelis mater. ¶ Etiam acerba viro. i. tam crudelis vxor tibi marito sup. ¶ Quam scilꝫ acerba. ¶ Germana. i. soror. ¶ Fuit fratri absyrto quẽ supra diximꝰ fuisse ab ea dilaceratum. Et quam acerba filia fuit misero parẽti quẽ prodidit cui interfecit filiũ. ¶ Aera tentet. i. volet per aera: quod quidẽ Ouid. scribit fecisse lib. vij. metamor. ¶ Que nisi pẽnatis serpẽtibus isset in auras non exẽpta foret pene. ¶ Erret vagetur: ⁊ erat huc illuc. ¶ Expes: sine spe. ¶ Cruenta sua cede. i. qua seipsam interficiat. ¶ Ego thoantias. i. Hipsiphyle filia Thoantis. ¶ Nupta. o medea. ¶ Uir. i. O iason. Uiuite. diu manete. ¶ Deuoto. i. execrationibꝰ ⁊ infelicitatibus pleno. ¶ Finis fuit qd Jason nũq̃ recepit ipsam Hipsiphylem: sed cum cognitũ fuisset a lenniadibus quod duos filios masculos ex Jasone susceptos ꝯtra leges suas ali faceret ⁊ ad suppliciũ posceretur: illa accepta nauicula fugere parabat: sed comprehensa a pyratis data est dono Lycurgo regi Nemmee que cum eius filiũ ophestem nutriret ⁊ redeũtibus a bello thebano regibus ⁊ in Nemea sylua pene siti pereũtibus: cum ab eis rogata fuisset: vt langiã fontẽ eis ostẽderet: ⁊ ab Adrasto argiuorũ rege interrogaretur quenam esset: dum ad omnia rñdet diutius morãte puer quẽ inter herbas floresq; ludentẽ reliq̃rat a serpẽte interẽptus est: verũ a filijs Thoante ⁊ Euneo qui cum Adrasto erãt cognita est esse eorũ mater. ¶ Quãobrẽ cum Lycurgus audito casu filij eam q̃reret ad suppliciũ: a regibus ⁊ filijs auxilio implorato liberata est. Quid postea de ea fuerit nõ legi. Medea vero post duos filios ex Jasone susceptos ab eo repudiata est superinducta vxore Creusa filia Creontis corinthiorũ pegis. Medea vlta mariti iniuriã Athenas fugit: ibiq; Aegeo patri Thesei nupsit: ⁊ ex eo suscepit Medũ filiũ a quo postea Media regio dicta est: eiq; pene oia euenerũt que impcata est Hipsiphyle. ☞ Medee: Medea. i. crudelissime interfectricis interfectrix. Si quis iuppiter. i. iuuans pater deus. s. Succuba dr q̃ furtim cubat: vt in alieno toro: nam sub occultationẽ denotat: vt sublegere subripere subfurari subducere sustollere ⁊c. imprecationes autem quas ponit oẽs Medee euenerunt. sicut quas Dido ponit Eneid. iiij. Thoantias. i. Thoantis filia patronymicum adiecta syllaba formatum: nam hec Thoantis huius Thoantidos fieri debet a gtõ Thoantis/cuius ntũs est Thoas. Deuoto toro hinc notum est/quia deuotio in malum taltẽ pene sumitur: nam is dicitur deuotus alicui qui pro eius salute morti addicitur. Et ideo quia pro fide deuoti sumus tractum est vt is zelus/quẽ in deum ⁊ religionem habemus a christianis deuotio dicatur.

Huber.

**Acerbꝰ ꝓprie incoctũ/⁊ nõdũ maturuꝫ significat: vñ poma acerba dicimꝰ. i. nõ matura: ponit tñ q̃nq; ꝓ horrendo: ⁊ immiti. Uerg. Et funere mersit acerbo.*

Prouerbiũ pulcherrimum.

Medea a q̃ in aera adnecta fuerit.

Hipsiphyle a filijs cognita.

Ascensius.

Medee exitus.

¶ In septimam epistolam argumentum.



Iuppiter ex io inachi filia genuit epaphũ: ex epapho ⁊ Cassione Belus priscus ⁊ lybia nascuntur ex belo danaus egistus agenor. hic cum Phenice imperaret filias: thaigetã ⁊ Europã: filios cilicem ⁊ cadmũ ⁊ phenicẽ. Cylix Cylicie nomẽ dedit Cadmus missus ad querẽdã Europã in boetia consedit: ⁊ illo tẽpore cadmeã vrbẽ condidit: quã postea Thebas nuncuparunt: vt tradit Thucidides: ex phenice phenicia nũcupata est a quo nascit belus alter: metres cognominatꝰ. Metres Pigmalionẽ annam ⁊ Didonẽ Pigmalion patri in phenicie regnum successit. Dido Sicarbe nupsit: quẽ Uerg. Sicheum appellat: is enim erat ex plineste phenicis filio genitꝰ/Phenicum ditissimus ⁊ sacerdos fuit Herculis: qui honor erat apud phenices maximus. Pigmalion igitur tãtis opibus inhiãs Sicarbã clam trucidari fecit. Dido vt in somnis a marito admonita traditur: sublatoq; ingẽti eius Thesauro in lybiã cũ sorore anna celeriter adnauigauit vbi ab hierba Hammonis filio Numidarum rege empto solo quantum circũdaret taurino corio: quẽ in minutissima secuit lora: vrbem Carthaginẽ condidit annos post captũ ilium. x. lxiiij. vt rectius supputarũt q̃ tẽporũ rationẽ tradiderũt. Constat ideo ad Didonẽ Eneã puenire nõ potuisse: qui tertio anno post Troie excidiũ: vt Cassius Emina: Democrates: ⁊ alicarnasiꝰ Dio. scri. in latio cõsedit: inito igitur cũ latino cõiugio: messala licet Eneã in aphricã delatũ scribat. Dido tñ silẽtio p̃teritur. Sed latinorũ

ANTO: Didꝰ fuga ⁊ cplẽ totiꝰ argumẽtũ: Cylicia vñ dicta est. Cadmea q̃ ⁊ Thebas vbi sit: ⁊ vñ nomẽ traxerit. Phenicia vñ nomen sortitia est.

primus hũc amorẽ Ennius cõmẽtatus est. Scipionis superioris gesta suo carmine complexus est: quẽ deinde s[...] cuti latini poete nauibus cõfractis Eneã naufragũ ad Didonẽ delatũ tradiderũt: susceptũq; eius hospitio [...] thalamo demũ mercurij iussu in italiã nauigasse: Dido q̃ ardẽtissimo flagrabat amore de morte deliberãs a[...] Eneã scri. epi. hec multũ acrimonie habet ꝛ q̃rele: scri. eñ moribũda ad eũ: quẽ nouerat mortis cãm prebuiss[...]

MARCO. Similitudo magis oratori q̃ poete congruit. Canum natura. Cygnorũ de morte fabula. Meãder q̃ et vñ fluat. Vbinã cygnorũ multitudo stabulatur. Que proprie alloqui dicãtur.



Ic vbi fata vocãt: vdis abiectus in herbis: de morte deliberasse similitudine indicat: idq; poetis magis q̃ oratoribus conuenire Aristo. scribit: quis et oratores similitudine vtãtur. Nam Democrates nutricibus oratores contulit: que deuorato cibo pueros saliua inungũt. Plato quoq; in republica canib⁹ similes dixit esse: qui mortuos spoliant: canes eñ demorso lapide proijcientes non ledunt. ¶ Albus holor concinit: cygnorum narratur in morte flebilis cantus: qđ Plinio falsum esse videtur. Ad va. meandri: meãder a celenis collib⁹ effluẽs inter miletum ꝛ prienem: Phrygiam cariam Lidiãq; disterminat: in quẽ influunt amnes marsias: orgas: caper: ꝛ lycus: flexuosus est qđ ei accidere scribit Strabo: q̃m multum limi accipiat: ꝛ modo in hãc modo in illam ripam deijciat: cygnorum multitudo traditur stabulari in ripis meandri. Ad asiam Paludẽ caicum amnẽ caistrum ꝛ padũ propterea olorigerum caistrũ dixit. Alloquor: meos affectus aperio: ea enim alloquimur: que aut summo affectu: aut extremo piculo narramus/ vnde Vergilianum illud extremum q̃ te alloquor hoc est in quo epistole propositum est. Meos inquit vt moribundus cygnus affectus narro non q̃ te reuocar[e] credam: sed cum pudicitiam violauerim: facile est que impudicitiam arguant pauca verba iactare.



¶ Dido Enee.

*



Ic/ vbi fata vocãt/ vdis abiect⁹ in herbis
Ad vada Meãdri cõcinit alb⁹ holor:
Nec q: te nostra sperẽ p̃ce posse moueri

Huber. Epistole argumentũ. * Hudum ab humido p̃ syncopẽ factũ nonnulli volũt: qđ ꝛ ipz humidũ significat ꝛ ideo p̃ aspiratione scribi debere: at me[li]us alij sentiũt vdũ sine aspiratiõe scribẽdũ eẽ: dictũ a sudando q̃si su[d]um. Enee errores. Spatiũ vrbis carthaginis. Cygnorũ fabula.



Ic vbi. ilio Troiaq; omni a grecis euersa Eneas veneris ꝛ Anchise filius patriam relinquẽs cõstructa classe apud antandrũ ciuitatẽ se mari credidit: cum patre ꝛ Ascanio filio dijs penatibus ꝛ multis Troianis qui se eius nauigationibus comites ꝛ socios p̃buerunt ꝛ primum quidẽ in Thraciam delatus est vbi Aenum oppidũ condidit: vt multi putãt. Mox prodigijs territus ꝛ voce Polydori crudelissime a polymnestore Thracũ rege interfecti admonitus vt indigne fugeret: delum tenuit: illic accepto ab Apolline respõso errore patris male interpretãtis responsum Cycladas insulas preteruectus ad Cretã venit: quã fatalẽ terrã ꝛ ab oraculo predictã Anchises crediderat: verũ cum ibi pestilẽtia laboraret a dijs penatibus in somnis monitus vt discederet ad strophadas delatus est insulas: inde preteruectus maritima grecie: apud Epirum susceptus est Heleni hospitio qui Troianus ꝛ Priami filius illi Pyrrho successerat in regno inde p̃fectus Calabriã tenuit: ex qua statim discessit territus aduẽtu Diomedis: nauigauitq; vsq; ad Scyllam: ꝛ Carybdim: que sunt in mari siculo Etne vicine: inde vẽto agitatus circuita maxima parte Sicilie Drepanũ venit: vbi vt Ver. voluit: patrẽ amisit: quo in Sicilia sepulto ꝛ honoribus p̃bitis: donatis ab Aceste Troiano qui in Sicilia regnabat: vino ꝛ ceteris necessarijs: cum discessisset vt in Italiã veniret quã sibi fatis dari ꝛ a Creusa vxore ꝛ ab oraculo repto in delo ꝛ ab Heleno intellexerat: tẽpestate maris ꝛ vi vẽtorũ agitatus in Lybiã delatus est: ex. xx. nauibus vna dũtaxat submersa forte per ea t[em]pa: vt Ver. finxit Dido q̃ ex Tyro fugerat marito suo Sycheo a Pygmalione ipsius fratre interfecto metuẽs ꝛ ipsa fratris seuitiã ꝛ auaritiã: in terra libyca vrbẽ nouã Carthaginẽ cõdebat: empto ab hyarba rege solo: quãtũ posset taurino corio circũdare: quo secto in minutissimas corrigias intm̃ id extẽdit: qđ occupauit stadia duo ꝛ. xx. quo spatio vrbẽ condidit. ¶ Ad hãc igitur Didonẽ cum Eneas venisset cum socijs ab ea ꝛ vrbe ꝛ hospitio exceptus est liberalissime: mox etiã ab ea amatus cum illa cõcubuit: cumq; ibi moraretur: admonitus ab Anchise patre in somnijs ꝛ a Mercurio ab Joue misso: vt inde discederet: ꝛ fatalẽ terrã peteret: nõ ausus regine dicere: cũ clã abire pararet regina Dido presentiẽs postq̃ frustra p̃cib⁹ fatigauit Eneã: fingitur ab Ouidio hãc epistolam ad eã scripsisse: in qua nititur reuocare eum a p̃posito nauigãdi arguẽs ab honesto. ꝛ tuto: ab honesto quidẽ: q: non deceat eam deserere: a qua hospitio sit exceptus ꝛ oibus rebus adiutus: ꝛ cui fidẽ dederit: a tuto quia mare procellosum ꝛ tempestuosum sit a quo sit tutũ abstinere: ꝛ habeat terrã paratã: quam relinquere p̃pter incertã impudẽtis sit: cõmemorat autem sua in Eneã b̃nficia: ꝛ rogat: vt si decreuit omnino discedere: saltẽ differat ꝛ expectet donec mare trãquillũ sit. Quod si noluerit dicit q̃ seipsam interimet: ꝛ iubebit inscribi epitaphiũ in sepulchro quo eneas cognoscatur fuisse causa eius mortis. ¶ Sic vbi: dicit Dido se appropinquante fine sue vite effundere flebiles voces ad Eneam: sicut cygnus vicinus morti solet flebiliter cãtare. Ferunt eñ appropinquãtibus cygnis extremo vite pennam in capite natã paulatim in cerebrũ descẽdere: interea vero ipsos cygnos flebiliter cantare donec moriãtur. Ouid. lib. ij. Fastorũ. Flebilibus numeris veluti canẽtia dura Traiectus penna tẽpora cãtat olor. Pli. lib. x. olorũ morte narrat flebilis cãtus falso: vt arbitror: aliquot experimẽtis: ordo est. ¶ Olor alb⁹. Abiectus positus. ¶ Ad vada. i. apud aquas: nam vada dicũtur aque per quas pedib⁹ vadere possumus: interdum simpliciter pro oibus aquis ponũtur. ¶ Meãdri: fluuij lydie iuxta quẽ multi sunt cygni. Cõcinit: cantat. ¶ Sic. s. flebiliter sicut ego nunc canto. Vbi. i. q̃n ¶ Fata vocãt: id est mors cum trahit. ¶ Moueri. i. flecti.

Vada que sint.

Ascensius.



Ic vbi fata vocãt. Hec epistola septima: quam Dido ad Eneam scripsisse fingitur: priusq̃ abiret fere ex quarto Eneidos argumentũ assumpsit/ verũ illic non scripsisse/ sed sororẽ Annam misisse dicitur. principiũ videtur tacite obiectioni per Antiphorã respondere. Ac si ipsa se aut Eneã moneret post longã cogitationẽ obijcientẽ: ac dicentẽ. Si certũ aut decretũ est omnino tibi mori/ teq; interficere/ cur stabis Dido/ quid canis moritura. Respõdet sic vbi fata vocãt ꝛ cetera: hoc est sicut ego moritura cano: hoc est carmine epistolam scribo. Olor. i. cygnus albus: sed per excellẽtiam abiectus in herbis. ¶ Cõcinit: scz funus suũ. Unde martialis Cãtator cygnus funeris ipse sui. Ad: id est iuxta vada meandri fluminis

Minus strenuosi. Ubi.i.quando:aut postꝗ(nam aduerbia loci ⁊ temporis cõfunduntur:ita vt alterũ pro altero passim ponatur)fata vocant.i.moriendi vis fatalis instãter vrget:hoc est ideo scribo vt id faciam qđ cygnus.

Alloquor:aduerso mouimus ista Deo.

Sed meriti famam/corpusqꝫ/animumqꝫ pudicum

Cum male perdiderim/perdere verba leue est.

*

Certus es ire tamen/miseramqꝫ relinquere Dido:

Atqꝫ ijdem venti vela/fidemqꝫ ferent.

Certus es Enea cum federe soluere naues:

Queqꝫ vbi sint nescis:Itala regna sequi.

Nec noua Carthago/nec te crescentia tangunt

Menia/nec sceptro tradita summa tuo.

*al's fugienda.

Facta fugis:facienda petis/querenda per orbem

Altera/quesita est/altera terra tibi.

Ut terrã inuenias/quis eam tibi tradet habendã:

Quis sua non notis arua tenenda dabit:

Alter habendus amor tibi restat:⁊ altera Dido:

Quamqꝫ iterum fallas/altera danda fides.

*

Quando erit/vt cõdas instar Carthaginis vrbem:

Et videas populos altus ab arce tuos:

Omnia si veniant:nec te tua vota morentur:

Unde tibi:que te sic amet:vxor erit:

Uror:vt inducto cerate sulphure thede:

Ut pia fumosis addita thura rogis.

Aeneasqꝫ oculis semper vigilantibus heret:

Aeneamqꝫ animo noxqꝫ diesqꝫ refert.

Ille quidẽ male gratus/⁊ ad mea munera surdus:

Et quo:si non sim stulta carere velim.

Non tamen Eneam:ꝗuis male cogitet:odi:

Sed queror infidum:questaqꝫ peius amo.

Parce Uenus nurui:durumqꝫ amplectere fratrem:

Frater amor castris militet ille tuis.

☞ Mouimꝰ:cũ stomacho hoc vsa est verbo. ¶ Aduerso deo.iniquo fato. ¶ Certꝰ es ire:⁊ dissuadet discessũ a difficultate. ¶ Dido:greca figura hãc vocẽ extulit. Cesar Didonem ⁊ Calypsonem dici latine maluit. Fabio tñ placet latinã rãtionẽ sequi quousqꝫ patiꝫ decor. ¶ Fidẽ quã de ꝓmisso cõiugio dedisse ꝯmẽtabaꝫ. ¶ Itala regna ecce difficultatẽ:ea inqͣt sequeris:quorũ notitia tibi nõ est. ¶ Nec no. cr. ꝓponit pñtia vt difficultatẽ augeat futurorum. Lybica carthago significaꝫ:de qua multa Stra.ꝯmemorat li.vlti. Quãꝗ carthaginẽ in hispania:quã Asdrubal cõdidit:vt a pena Carthagine excluderet nouã ꝑpetuo epitheto dicimꝰ. ¶ Sũma:ꝗcqͩ erat ptãtis. Facta: cõditã Carthaginẽ. Faciẽda eã vrbẽ intelligit:quã in italia se ꝯditurꝫ Aeneas ꝑdicabat. ¶ Non notis pegrinis. ¶ Ab ar.car.arx carthaginis byrsa ẽ appellata. Uxor:hoc ob lauiniã dixit:ꝗ turno erat pacta. ¶ Uxor vt idu. sul.lichina itelligit ꝗ ex inducto sulphure ad suscipiẽdũ ignẽ ꝯficiunꝫ:celeriꝰ ardẽt:ꝗ sunt ex ꝗrto sulphuris genere. ¶ Male gra.is ẽ ꝗ accepta bñficia nõ pẽsat. ¶ Surdus qm̃ ꝯmemoratiõe bñficioꝝ nõ moueꝫ. ¶ Nõ tñ eneã: vitia insectaꝫ non hominẽ:pfidiã inquit odio prosequor:nõ Eneã. ¶ Questa peius amo:ꝗrimonia amoris auget estũ. Parce venꝰ nurui. a pietate arguit. ¶ Nurui. de seipsa loqͣtur:ꝗ culpã sub coniugij noie texerat:erat Aeneas Anchise et Ueneris filius. ¶ Amor cupidinẽ significat:qui Marte ⁊ Uenere genitꝰ tertia anteros nũcupatꝰ tradiꝫ. ¶ Castrꝫ tuis:amoris militiã sequaꝫ. Ouidij ꝯmentũ est:vt amorem militie esse similẽ in amoribus enarret. ☞ Mouimꝰ ista.i.tibi ꝑces fecimꝰ. Deo aduerso.i.nobis irato ⁊ nõ fauẽte. Iuue.de Demosthene. Dijs ille aduersus genitꝰ. Sed ꝗsi dicat cũ maiora ꝑdiderim:possum etiã ꝑdere leuiora.i.ṽba frustra fundere. Famã laudẽ. ¶ Meriti.i.bñficij mei tibi collati. ¶ Corpꝰ a te violatũ. ¶ Leue.i.facile. Certꝰ es.i.ꝺliberasti. ¶ Ferẽt auferẽt fidẽ:quã mihi dedisti: q: discedet tecũ:neqꝫ eã mihi seruabis. ¶ Cũ fe.s.cõnubiali. Soluere:ꝓprie dixit:nã naues dicunꝫ solui:cũ a littore moueꝫ. Statius in achilleide. Soluerat oebalio classem de littore pastor Dardanus. dicit ꝗ deliberasti ⁊ naues:⁊ fedꝰ nuptiale qđ mecũ feceras tecũ abducere. ¶ Que ne.vbi sint:q: solũ audita non autẽ visa sunt tibi. ¶ Noua:aut allusit ad significationẽ nominis:q: vt Ser.dicit Carthago lingua penorũ noua ciuitas ꝺr:aut reuera q: tũc noua fiebat. Uer.eñ.i.surgẽtẽqꝫ noue carthaginis arcẽ. ¶ Tradita:commissa. ¶ Tuo sce.tue ptãti:nã sceptrũ regibꝰ daꝫ. facta:dissuadet ab vtil. facta fugis:qđ ẽ imprudẽtis. ¶ Querẽda:ordo ẽ. ¶ Altera ter.s.italica.est querẽda. Altera.s.hec quã tibi dedi. Est q.i.iã parta tibi. ¶ Ut.i.ꝗuis. Habẽdã possidẽdã:⁊ habitãdã. ¶ Quis.q.d.nl'ꝰ. Tenẽda: habenda:vt tyrij tenuere coloni. Alter amor. quẽ fortasse nũꝗ inuenies. ¶ Iterũ scđo sicut mihi datã semel fefellisti. ¶ Qñ erit.q.d.nũꝗ aut tardissime. ¶ Cõdas edifices. ¶ Instar: ad silitudinẽ:est aũt vt voluit Ser.nomẽ indeclinabile.⁊ notãdũ nũꝗ ꝑpositionẽ apud idoneos ei ꝑponi:vt instar montis equũ.⁊ Oui. ¶ Deqꝫ genis lachryme fluminis instar eũt.

ANTO. Latinã significationẽ seq̇ debemus ꝗ ad decor patiatur.

Duplex carthago.

Arx carthaginis ꝗ pacto dicta ẽ

Cupido a ꝗ ꝓgenitꝰ fuerit.

*Miser ꝓprie ꝺr flebilis/ac calamitosus. Uerg. Stridenti miserꝫ stipula disperdere carmen. Sunt ꝗ existimãt miserũ dictũ ꝗsi missũ:hoc ẽ dimissũ: ⁊ derelictũ ab oibus.

*Instar sine preposi tiõe ⁊ cũ ꝑpositiõe inueniꝫ. Solinꝰ cũ ꝑpositione Mesopotamiã opimat annue inũdatiõis excessibꝰ ad istar amnis egyptij terris supfusus inuecta soli fecũditate. Sine ꝑpositiõe. Cice. Amaui aũt que fiũt nõ vici/sed vrbis instar. Huber.

Soluere ꝓprie qđ sit.

Carthago penorũ lingua quo pacto noieꝫ.

Sceptrum cui conueniat.

Instar qđ sit.

Ut vi.subaudi quũ erit. Tuos:tibi subditos. ¶ Ola:supradicta. ¶ Si.i.ꝗuis. Ueniant.i.eueniãt ⁊ contingant tibi. ¶ Morenꝫ:tardẽt ⁊ impediãt. ¶ Unde erit.q.d.ꝯ nullo loco inuenies. ¶ Sic:sicut ego amo te. Uxor per quãdã similitudines demõstrat vim sui amoris erga enea. ¶ [illegible] ardeo.i.amore tui. ¶ Inducto.superim

posito. ¶ Cerate illite. ¶ Tede: spēs arboꝝ q̄ ex se liquorē emittūt: sunt aūt vt di. pli. flāmis: luminibusq; sacrorū grate. ¶ Refert representat. Verg. illū absens absentē auditq; videtq;. ¶ Ille ene. loquit aūt de eo tanq̄ de tertia ꝑsona. ¶ Surdꝰ: nō rn̄dēs trāslatio ab eo q̄ auditu caret. ¶ Et quo. i. est talis quo ego debeā velle carere: ⁊ esse sine eo. ¶ Si nō. i. nisi. Si stul. q2 stultus est q̄ eo nō vult carere: cui intelligit sua beneficia nō esse grata: nec se ab eo amari th̄ q2 dixerat eū talē esse vt deberet velle eo carere. remouet a se suspitionem odij dicens. Nō th̄ insi. s. esse eneā. ¶ Questa. i. licet lamētata de eo. Amo peius: amo vehementius. Teren. Quominus spei est: magis amo. Parce: cōuertit sermonē suum ad Vene. ⁊ cupidinē: vt eneā in amoris castra cōpellant. Nurui. i. mihi q̄ sum nurus tua: nā suz vxor enee filij tui. Amor: cupido. Frater. s. enee. nā ambo estis filij veneris. Mil. versēt: ⁊ proprie dixit. Nā vt inquit Oui. in. li. j. amoꝝ. Militat ois amās: ⁊ habet sua castra cupido.

Teda q̄ sit ⁊ cuiꝰ nature.

Militare ꝓprie q̄d sit.

ASCEN. Nec alloq2/ q2 sperē posse moueri nr̄a ꝑce/ nos mouimꝰ. i. cū molimine auspicate sumꝰ ⁊ icepimꝰ ista deo aduerso. i. irato ⁊ abnuēte: s3 cū ꝑdiderimꝰ male. i. cū malo meo. hoc ē idecēter famā meriti. s. prioris: ⁊ corpꝰ ⁊ aim pudicū (ꝑpter carmē legēdū est corpusq; aimq; nec minor ē ornatꝰ) leui. i. parui momēti est ꝑdere vba. s. scripta hac eplā. Certꝰ es ire tn̄ Anacolouthō est/ nā nō ꝑcessit q̄q̄ mori ꝯstituit/ si abiēs tn̄ certiꝰ est ire ⁊ relinq̄re miser ā Dido. s. me. Seruiꝰ docet q2 grecoꝝ in o vtimur tribꝰ aut q̄tuor casibꝰ/ ntō actō ⁊ vctō i o: ⁊ gtō ī us aut in oos/ vt hec dido huiꝰ didꝰ vel didoos hāc dido o dido. multi tn̄ hoc nomē latine declināt dicētes huiꝰ didonis huic didoni hāc didonē/ qꝰ ēt sequar/ l3 nō ꝯtinuo dixero huiꝰ sapphonis ⁊c. s3 sapphꝰ ⁊ hāc sappho. Jsdē venti scribit ī duplici: q2 pluralis est nūeri. sensus est: cōmittes eisdē seu ijsdē vētis vela/ ⁊ fidē. i. fidelitatē tuā: q2 fedifragꝰ eris. ¶ Queq; vbi sint ⁊ cetꝰ es seq̄ regna italica/ q̄ nescis vbi sint dixi ex q̄rto eneid. fere sumpta vbi d2. Quid si nō regna aliena/ domosq; ignotasq; peteres? S3 q2 Ver. oibꝰ notꝰ est frustra eiꝰ carmina ad hāc epistolā faciētia repetiero. ¶ Male gratꝰ. i. nō gratꝰ/ s3 igratꝰ ⁊ immemor bn̄ficij. Questaq; peiꝰ. i. itēsiꝰ ⁊ cū maiori malo meo amo q̄sta. i. post q̄relas. vn̄ amoris nō questꝰ/ s3 obliuio si qua fieri pōt maximū est remediū/ vt aūt obliuio sit/ occupādus est alijs curis animꝰ: frater amor/ frater Aenee: ⁊ etiā didonis q2 se coniugē Aenee dictitat.

ANTO. Aut ego: a phisiologia in Aenea seuitiā arguit: aut dure cautes: aut mars illū genuerunt: nisi fallor. ¶ Que ce. ama. amantes facile credūt: ideo in metamorphosi. credula res amor est. Materiam: ea est vt ipē amet. Plauti sententia est: non veto inquit te amare: qui dant qua amentur gratia: sed ille ad pretium hic ad amorem materiam refert. ¶ Imago: que gratiam in enea exprimebat. ¶ Ab inge. a facilitate. ¶ Dissidet: alienus est mater facilis est ipse durus. ¶ Et lapis. hanc enarrationē ita Vergi. confingit. Nec tibi diua parens generis: nec dardanus author Perfide: s3 duris genuit te cautibꝰ horrēs Caucasus: hyrcaneq; admorunt vbera tygres. ¶ Quo fugis. periculorum commemoratione propositum auget. adeo seuꝰ es vt me per summa pericula fugias. Hyēs: tempestas. Vergiliꝰ. Vicit hyems. ¶ Iustior clementior. ¶ Quod nō medi. inique non putes id mihi per simulationē dictum. ¶ Exerces preciosa: cū stomacho hoc enūtiatum est. ¶ Cōstantia magno: emenda capitis periculo: et vite discrimine. ¶ Jam vēti ponēt: ab imminentibus eneā a cursu laborat reuoca. ¶ Ceruleꝰ triton: tritones non esse fabulosos plini. scri. sed visos ab vl[...]siponēsibus regnante Tyberio ob id in vrbe missa legatione: filios Neptuni ⁊ Salacie. scribit Varro ad summa equora: cū numina enatant: tranquillitatis est indicium: ideo Papi. Armigeri inquit tritones erūt scopulosasq; cete. Nota hic nisi cum indicatiuo. ¶ Robora: robur est genus quercꝰ paulo duriꝰ: vt scri. pli. ¶ Quid si nescires. Dissuasio ab experientia. ¶ Insana procellosa.

Amor quid sit.

Tritonesq̄ sint ⁊ cuiꝰ filij ⁊ de legatiōe propter eos in vrbē missa.

Robur q̄d sit.

* Vētusq̄ ab oriēte v̄so hoc est eqnoctiali venit eurꝰ nominat.

Aut ego s3 militē in tuis castris: subaudiendum est enim verbū. ¶ Que cepi amare ex quo eum vidi ⁊ audiui loquentem. Vergi. ¶ At regina graui iā3 dudū saucia cura vulnus alit venis: ⁊ ceco carpit igni. Neq; enim dedignor. parenthesis est. Ille eneas. Materiā. fomentū nutrimētū. i. rn̄deat meo amori: nam cura amorē significat: vt ex versu Ver. suprascripto patet: dicitur aūt quod cor vrat. ¶ Fallar. i. frustra hic cogito et peto: vt meo amori respōdeat. Iactatur. i. laudat: vel ostendat ab eo. Matris: probat qd̄ dixit: dicit enim eū oino esse contrariū veneri matri sue. Dissidet: discordat. Ingenio: natura: q2 venus est mollis ⁊ placabilis. Eneas vero durꝰ ⁊ inexorabilis. Te lapis. hec supradicta dixit tanq̄ de tertia persona: nūc cōuertit sermonem ad

Huber.

* Vēti dicunt ponere siue residere q̄n flare desinūt. Ver. cū vēti posuere: oisq; repēte resedit flatus.

Cura q̄d ⁊ vn̄ dicat.

Aut ego/ que cepi (neq; enim dedignor) amare
Materiam cure prebeat ille mee.
Fallor: ⁊ ipsa mihi falso iactatur imago:
Matris ab ingenio dissidet ille sue.
Te lapis/ ⁊ montes/ innataq; rupibus altis
Robora/ te seue progenuere fere.
Aut mare/ quale vides agitari nunc quoq; ventis:
Quo tamen aduersis fluctibus ire paras.
Quo fugis? obstat hyems/ hyemis mihi grā ꝓsis:
*
Aspice: vt aduersas concitet eurus aquas.
Quod tibi malueram sine me debere procellis:
Justior est animo ventus: ⁊ vnda tuo.
Non ego sum tanti: quod non mediteris inique
Ut pereas: dum me per freta longa fugis.
Exerces preciosa odia: ⁊ constantia magno:
Si/ dum me fugias: est tibi vile mori.
*
Jam venti ponent: strataq; equaliter vnda
Ceruleus triton per mare curret equis.
Tu quoq; cum ventis vtinam mutabilis esses:
Et/ nisi duritia robora vincis/ eris.
Quid? si nescires insana quid equora possent/
Experte toties tam male credis aque?

ipsum Eneam arguēs ipsum nimie duritie. Est autē tota hec emulatio Vergiliana in.iiij.eneid. vbi Dido sic loquit. Nec tibi diua parēs: generis nec Dardanus author. perfide: sed duris genuit te cautibus horrēs caucasus: hircaneq; admorunt vbera tygres. ¶ In: id est genita. Ro. arbores. Se. fe. vt tygres aut vrse: vt lene. Aut amare: scz genuit te. Qua vi. nō tranquillum sed procellorum: quale nunc vides. Agi moueri. Quo. i. per quod mare. ¶ Tamen paras ire. s. cum ita agitetur ventis. ¶ Quo fugis. contumeliose dixit fugis: vnde ipse apud Verg. respondet nec finge fugam. ¶ Obstat: impedit te. Hyemis mihi gratia prosit. i. si tu tua sponte non vis mihi hoc munus prestare vt aut maneas: aut differas fugam tuam: saltē facias hoc necessitate tempestatis. Aspice: demonstrat ei magnitudinem tempestatis. ¶ Concitet cōmoueat. ¶ Sine: permitte. ¶ Me debere: me esse obligatam. procellis tempestatibus ⁊ impetuosis ventis. dicuntur autem quasi percelle a percellendo id est percutiendo. ¶ Iustior tuo animo: quia vult reddere gratiam mihi bene merēti cum vult te apud me retinere: tu autem qui accepisti beneficiū non vis reddere gratiam. Non ego sum: dicit Eneam non debere se obijcere periculo mortis propter ipsam: dum vult eam fugere. ordo est. O inique non sum tanti. Vt pereas. i. perire velis. Dum fugis me per longa freta. quod. i. quam rem. Non meditaris: non cogitas. Exerces: sensus est si habes me odio ⁊ propter hoc paruifacis obijcere te morti. hec tua odia sunt nimis magni ptij. ⁊ nimis chara constantia magno aio: quia constant tibi vitā. que est res magna. Si est vile tibi. i. si paruifacis: nam interdū odio alicuius solent homines paruifacere pericula: ⁊ mortē: vnde est illud amantis apud Verg. in buc. Specula de montis in altum deferar extremum hoc munus moriētis habeto. Iam venti. dicit cito cessaturam tempestatē indeq; cum tutius nauigaturum. Ponēt. i. quiescent. Iam. i. cito. Strata. i. multū quieta. Triton: deus maris. Neptuni ex Salacia dea maris filius: ⁊ eiusdē tubicen. Curret: celeri curru ibi per mare. Equis ceruleis. i. delphinibus iunctis ad currum inuicē equorum: nam deorum maris equi sunt Delphines. volunt autem poete deos maris non ire super vndas nisi fere quieto mari. vnde Verg. in. j. eneid. Post placatum mare dixit de Neptuno celoq; inuectus aperto flectit equos: curruq; volans dat lora secūdo. Cum ventis quorum natura est: vt mutentur. Hora. ij. carmi. non semper imbres nubibus hispidos manant in agros. aut mare caspiū vexant inequales procelle. Eris. s. mutabilis. Nisi vincis. i. nisi superas. i. nisi es durior roboribus. Robur autem species arboris est: ex qua teterrimam esse gallā Pli. scribit: est aūt ei⁹ lignum nimie duritie. Quid. s. faceres. q. d. ignoscendū esset tibi si intrares mare cuius periculū ignorares. Experte probate a te est in significatione passiua participiū. Tam male. i. tam cum periculo tuo. Credis: cōfidis: vt o formose puer nimium ne crede colori. ☞ Aut ego quidē ⁊c. ordo est. aut ille quem ego cepi amare prebeat materiā mee cure. i. se amabilē prebeat: neq; enim dedignor amare. i. libēter amarem si se amari sinat. Vnde dicit eneid. iiij. Que mihi tradat eum/ vel eo me soluat amantem. Fallor ⁊ ipsa mihi falso iactatur imago. i. falso pre se fert pietatē/ ⁊ Veneris filiū nūcupat cum sit durior caute. Vnde eneid. iiij. Nec tibi diua parēs generis nec Dardanus author Perfide/ sed duris genuit te cautibus horrēs Caucasus/ hircaneq; admorunt vbera tygres. Aut amare. hoc videtur sumptū ex Homero/ qui vt interpretatur Aulus Gellius lib. xij. c. j. dicit. sic. Non pater ipse tibi fuerat me Hercule Peleus. Non thetis est genitrix/ glaucum te protulit equor: Aerie ⁊ rupes mens q tibi dura ferox q;. Quale vides agitari/ eneid. iiij. Quinetiā hiberno moliris sidere classem. Quod tibi malueram. sensus ⁊ ordo est sine. i. permitte me debere procellis/ id supple quod malueram debere tibi. i. permitte vt beneficio ventorū te detineam neq; fruar. que cum beniuolentia tua te malim/ sed nō possum frui: nō possum quidē/ quia nō permittis/ ⁊ ita ventus ⁊ vnda est iustior. i. clementior aut iustior/ quia iustum est vt amans ametur/ ⁊ amato fruatur. tuo animo. Ego non sum tanti/ scz valoris/ vt pereas dum fugis me per longa freta/ qd. s. dictum non mediteris. i. interpreteris inique. i. in malam partē/ hoc qd per ironiam addit. Exerces preciosa id est res preciosas/ constantia magno animo/ id est videtur tibi magnum et preciosum est hoc egregium facinus. ¶ Si dum me fugias est tibi vile mori. i. si paruipendis mortē dum modo me fugias: quasi vero maiori odio me q̄ mortem prosequaris cum vt me fugias/ illam incurras. Experte aque/ passiue dixit/ nam experior cōmune est.

Procelle q̄ ⁊ vn̄ dicte.

Triton deus Delphines deorū maris equi.

Robur.

Ascensius.

*

Vt pelago suadente etiam retinacula soluas:

Multa tamen latus tristia pontus habet.

Nec violasse fidem tentantibus equora prodest:

Perfidie penas exigit ille locus.

Precipue cum lesus amor/ quia mater amorum

Nuda Cytheriacis edita fertur aquis.

Perdita ne perdam timeo/ noceāve nocenti/

Neu bibat equoreas naufragus hostis aquas.

Viue precor/ sic te melius q̄ funere perdam/

al's ferare.

Tu potius leti causa ferere mei.

Finge age te rapido (nullum sit in omine pondus)

*

Turbine deprehendi: quid tibi mētis erit?

Protinus occurrent false periuria lingue/

☞ Retinacula: que ⁊ hore dicunt a Fabio. Tristia incommoda: vltra naufragium. Nec violasse fidem: a numinibus nauigationem dissuadet. Tentantibus equora: nauigare audentibus post perfidiā. ¶ Quia mater annorū: duas Veneres ⁊ tres amores fuisse Cicero in libro de natu. deorum scribit: primum ex Mercurio ⁊ Diana genitum: secundū Mercurio: ⁊ secunda venere: tertium quē ateron dici retulimus. ¶ Cytheriacis Venerē in cythera insula educatam ferunt: vbi Eneam marti templum ꝯstruxisse scribit Diony. halicarnaseus. ¶ Aquis: salsis vndis: nam ex testibus celij ⁊ maris spuma Venus traditur genita: vt autor est Varro cōcha in cytherā delata: que distat a malea promontorio quinq; milia pas. antea Porphiris dicebat. Perdita ne pdam timeo: pathos a volūtate: nollem inquit ⁊ si Eneas me fugit: vt mea causa piret. Sic: viuum ⁊ profugum. Tu potius: quā mihi tue mortis causa tribuatur. Finge age: locus est qui dicitur a cōtingētibus. In omine nullum pondus: meis dictis exitus prohibeatur. Rapido turbine: est turbo flatus repentinus ex depresse nubis specu cum fragore prorūpēs: proxima queq; prosternit. Is si accēdatur prester dicitur cuncta inurens ⁊ proterēs. Phrygia: inuidiose patri cōtumeliam obiectat: vt phryges perfidia vti feminasq; iactare cōsueuerint. ¶ Paris Oenonem deseruit: Menelai quoq; hospitiū violauit. Ante oculos: maiori

Antonius. Retinacula que sint.

Quot veneres ⁊ quot amores fuere.

* Retinacula quib⁹ aliquid retinetur siue remorat. Verg. Atq; amerina parāt lēte retinacula viti.

De ortu veneris fabula.

Turbo q̄d sit.

* Turbo vent⁹ cū frigore marimo obiecta q̄q; detur-

Et Phrygia Dido fraude coacta mori.
Coniugis ante oculos decepte stabit imago
Tristis/ ⁊ effusis sanguinolenta comis.
Quicquid id est totum merui cōcedite dicens:
Queq; cadent: in te fulmina missa putes.
Da breue seuitie spatium/pelagiq;/tueq;/

affectu: idem Maro exprimit. Et cum frigida mors anima seduxerit artus: omnib⁹ vmbra locis adero: dabis improbe penas. Quicqd: id est quicquid subieris periculi. Da breue se uitie spaci. seuias post placatum mare.

☞ Ut. i. quãuis. ¶ Retinacula: funes nauiũ. Etiã pelago suadēte. i. etiam mari trãquillo: quia tunc videtur suadere nobis nauigatio nem. Nec prodest. liptote: est enim nocet. Tē tantibus ingrediētibus a tento deriuatur: vt tētanda fuga canit equora chalcas. Exigit pe nas perfidie. i. punit perfidos. Precipue. h. d. vt magis eũ terreat. ¶ Quia rationē ponit. Mater amorũ: Uenus amorũ autē dixit: quia duo dicũtur esse cupidines. Edita. s. genita. Aquis cytheriacis hoc scdm fabulã dixit: quã Seruius in. v. eneid. refert. Dicit enĩ celũ patrē fuisse Saturni cum iratus fili⁹ falce virilia amputasset: lapsa in mare sunt: de quo rũ cruore ⁊ maris spuma nata dicitur Uenus: vnde ⁊ aphrodite dicitur: nam aphros cum accentũ in fine hʒ: spumã significat: inde ⁊ Uerg. lib. supradicto. Fas omne est Cytherea tuis te fidere regnis: vnde genus ducis: huius aũt fabule allegoriã qui vult scire videat Seruiũ loco suprascripto. Cytherea autē dicitur a Cytheris insula tñ pluraliter declinata: que: vt Pli. lib. iiij. inqt in laconico sinu est antea porphyris appellata. Uenus autē cum primũ nata est mari eo cōcha deuecta est: vnde ⁊ nomē accepit: inuenitur autē ⁊ pro vrbe ⁊ pro insu la eodem nomine: interdũ tamē Uenus Iouis ⁊ Diones filia dicitur: vnde ⁊ ipsa nõnũq̃ dicitur Dione: ⁊ Dio neus a Uenere nomē deducitur: vt apd Uer. in bucco. Ecce Dionei processit Cesaris astrum: ⁊ eneid. iij. Sacra Dionee matri. i. Ueneri. Perdita. i. timeo ne te perdã naufragio: quem tamē amisi: quia nõ vis mecũ manere. Neu. i. ⁊ ne. Hostis Aeneas. Naufragus summersus. Uiue precor: conciliat sibi Aeneam ⁊ optat ei vitã. Sic scʒ viuēdo. ¶ Quam funere: q̃ morte. i. melius est quod caream te viuo q̃ mortuo. Ferere. i. dicare potius scʒ quã ego dicar esse causa tue mortis. Finge artificiose ei cõmemorat recordationem consciētie in magnis periculis. ¶ Age: hortantis est. Finge: puta animo tuo cogita. ¶ Te deprehendi vsus est verbo nautico: nam nauigãtes deprehēdi dicuntur. Uerg. lib. v. eneid. Hunc ego getulis agerē si syrtibus exul Argolicove mari deprehensus: ⁊ vrbe micene ⁊c. Quid mētis. i. que mens ⁊ cogitatio erit tibi. ¶ Nullũ sit: parēthesis est. ¶ Pondus: effectus. In omine. i. augurio meorũ verborum. i. hoc tamē propter verba mea tibi nõ eueniat. ¶ Protinus dicit q̃ mēs ei futura sit. Occurrēt: venient in mentē. Periuria quibus me decepisti. ¶ Et phrygia Dido: phrygia legēdum est: non aũt tyria vt sit ordo: Dido coacta mori fraude Phrygia. i. fraude tua: nam Eneas Phrygius est: nam si dicatur Dido tyria versus nõ patitur: si vero fraude tyria sensus repugnat. Imago: species: videbere enĩ vide re me: quã decepisti qd maxime te anget. Iuue. Et qd precipuus mentē sudorib⁹ vrget. Te videt in somnis: tua sacra ⁊ maior imago. Humana turbat pauidũ cogitq; fateri. Tristis. i. mesta. Sãguinolēta: vtpote que tui cau sa se interfecerit. ¶ Merui to. i. iuste patior. ¶ Putes pro putabis. i. credes non esse fortunã: sed missa a dijs vt vindicēt perfidiam tuã: hec enĩ cogitatio solet male cõscientie euenire. Iuue. Hi sunt qui trepidãt ⁊ ad omnia fulgura pallent. Cũ tonat exanimes primo quoq; murmure celi. Nõ quasi fortuitis nec vētorũ rabie: sed irat⁹ cadat in terras: ⁊ vindicet ignis. Da bre. prescribit modũ petitionis sue: dicit enĩ se nõ petere vt Eneas ppetuo maneat: sed tñ differat: donec ira ipsi⁹ Enee: ⁊ pelagi aliquãtulũ fuerit remissa. Da bre. spa. i. ɔcede breue tps.

☞ Nullũ sit in omine pondus. honesta ⁊ amica parēthesis/ nam dum mala cõmemoramus/ ne malorũ omē in amicos cõuertat auerti petimus ab eis ⁊ in inimicos conuerti. Unde sinon scdo eneid. locutus de euersio ne Troie addit/ qd dij prius omen in ipsum cõuertant. Sumebãt aũt veteres superstitiosi pro omine. i. future rei indicio q̃cquid primũ audirēt. vnde Aemilius deliberãs an persem oppugnare deberet/ audito a filia pia mea perijt/ illud pro omine perdēdi a se regis illius sumpsit/ cuius filia de catella seu canicula cui perse nomē fuit/ loq̃retur. Et ideo patrifamilias querēti/ quis me petit aut vocat: nõ rñdebatur nullus aut nemo/ sed bona fortuna pater. Nec qui nihil haberet: audebat se nihil habere dicere: sed recte. vnde in Eunucho. Tamē qd illi dem recte est. Nã nihil dicere mihi religio est. i. mali ominis met⁹: vbi ostēdit p eo qd est nihil dici solere recte. quia ergo Dido. dixerat: finge age te rapido dicitur a turbine deprehēdi interponit. Nullũ sit in omine põd⁹. i. nolo id tñ eueniat: nec vt ratũ sit illud omē. ¶ Et phrygia Dido: ordo est: ⁊ Dido coacta mori fraude phrygia: id est phrygũ qui fraudulēti sunt: vñ ipsa eneid. iiij. Nec dum laomedonte sentis piuria gētis. Nec legendum est Tyria vt sciolorũ prauitate inuersus est textus. Nam vidētes: quia Tyria esset Dido: ⁊ nescientes malũ esse versum: ⁊ meliorem sentētiam. vt sit Phrygia fraude pro Phrygia tyria scripserunt. Cõiugis ante oculos. Sic maro. Omnib⁹ vmbra locis adero dabis impro. Da bre. seuitie spaciũ pelagiq; tueq;. i. differ seuitiam tuam: ⁊ vita seuitiam maris: quia grande precium est more: nam via est futura tuta si aliquãtulum immoratus fueris.

Grande more precium/tuta futura via est.
Nec mihi tu parcas/puero parcatur Iulo:
*
Te satis est titulum mortis habere mee.
Quid puer Ascanius? quid dij meruere penates?
Ignibus ereptos obruet vnda deos.
Sed neq; fers tecum: nec que mihi perfide iactas/
Presserunt humeros/sacra/paterq;/tuos.
Omnia mentiris: neq; enim tua fallere lingua

☞ Grãde preciũ: ad tutiorē nauigationē id refert. Dij. penates: quos Eneas in latiũ tulit deos penates Dionysi. scri. esse duos iuuenes virilis speciei: licet Time⁹ tradat ab incolis audisse in occultis seruari lituos ferreos. Ae neosq; ⁊ troianũ vas quoddã fictile: eosq; esse deos penates Troianorũ hos alij penates: alij patrios: alij gētilitios: alij minichios: alij erhe sios: alij etreos appellant. Uñ ⁊ hercei Iouis ara apud Troianos: vbi priamus trucidat⁹ fertur. ¶ Sʒ neq; fers tecũ impietate Aeneã arguit. ¶ Sacra: dij penates. ¶ Pater eneas patrē Anchisem ⁊ Troiana sacra ab incēdio humeris suppositis liberauit: vt in laocoon te fabula scri. Sophocles. ¶ Plector tua pfi dia crucior. ¶ Mater iuli: exēplo arguit creu sã Priami filiã significat: que casu relicta ea nocte qua ɔbusta est Troia cybeles sacerdos cõstituta est. Sunt qui Enee fraude relictam

bano pser neiq; ex de presse nu bis specu. Uer. Et ter ras turbi ne versat. Iuuen. Retinacu lum.

Cupidines quot.
Ueneris or tus.
Uenus que etiã dione vñ Cythe rea dicta ē.
Cytheris i sula vbi lo corum sit.

Age qd sit.

Consciētie simul⁹ qd sit.

Ascensius.

Antonius.
Dij pena tes q̃ sint q̃ b⁹ nomini b⁹ appellēt ⁊ q̃ sit corũ forma.
*Titulus qñq; ponit p laude/ et dignitate: vt i. ij. fast.
Et tua psequitur studi oso pectore Cesar no mina p titu los ingredi mursq; tuos

Incipit a nobis/primaqꝫ plector ego.

Si queris vbi sit formosi mater Juli:

Occidit a duro sola relicta viro.

Hec mihi narrabas/at me nouere merentem:

Illa minor culpa pena futura mea est.

Nec mihi mens dubia est/qꝛ te tua numina dānēt:

Per mare/per terras/septima iactat hyems.

Fluctibus eiectum tuta statione recepi:

Vix bene audito nomine/regna dedi.

His tamen officijs vtinam contenta fuissem:

Et mihi concubitus fama sepulta foret.

Illa dies nocuit/qua nos decliue sub antrum

Ceruleus subitis compulit hymber aquis.

Audieram voces/nymphas vlulasse putaui:

tradāt. Juliꝰ primū eurelion: deinde in fuga Ascanius est appellatus: vt scri. Diony. Enee filiꝰ ex creusa fuit. Merētē: qm̄ tuā fidē noui. ¶ Mea culpa: que ex audacia orta est: nā pfi do me cōmittere nō debui. ¶ Nec mihi mens dubia est: cōnumerata sua in Eneā officia sta- tuit propositū ab authoritate deorum. ¶ Te: tua facinora. ¶ Septima iactat hyems: cum Ver. cōgruit: qui septimo anno post captum ilium Aeneam in latium venisse scri. Cassius emina tertio. Dionysius vero scdo post Tro ianū excidiū lauiniū ab Aenea cōditū tradit. ¶ Tuta statione: portū cartaginēsem intelli- git. His tamē officijs: idē locus est in epistola Phyllidis. ¶ Concubitus: violate pudicitie. ¶ Foret se. taceretur. ¶ Illa di. nocuit a tpe Dido cum in venatione esset cum Enea: iuno nis Venerisqꝫ cōmēto exortis hymbribus in speluncam veniūt: vbi remotis arbitris cōcu buisse: secutꝰ eni enniū scri. Ver. ¶ Voces: q̄ male mihi ominabant. ¶ Nymphas vlu. pu. existimabā eas esse nympharū voces: sed fu- rie aderant que meā calamitatē precinebāt. ☞ Grāde mo. sensus est: hec mora erit vtilis qꝛ postea habebis nauigationē tutā. ¶ Via: nauigatio. ¶ Erit gran. pe. i. magna vtilitas. ¶ More: tardationis tue. ¶ Nec par. m. i. ne habeas respectū mei in morando sed filij tui. ¶ Titulū: nomē ⁊ famā. Mee nō etiā filij tui. ¶ Quid me. i. vt submersiōis piculo a te obij ciant. ¶ Penates: dij quos tecū: vt dicis por- tas: ereptos: liberatos. ¶ Ignibus: incendijs Troianis. Fers: portas. Presserūt tuos hu- meros. i. tuis humeris sunt portata: nam vt ipse narrat in. ij. eneid. apud Ver. Sacra penatesqꝫ sibi ab Hectore: q̄ ei in somnis apparuerat cōmēdatos hu- meris imposuit: ⁊ patrē: simul vt ergo age care pr̄ ceruici imponere nr̄e: ipse subibo humeris: nec me labor iste grauabit. ¶ Mētiris falso: iactas. Neqꝫ incipit a nobis: qꝛ iā est assueta fallere alios. Plector. i. punior. Si q̄ p bat ꝙ alias decepit. Mater: creusa. Occidit perijt. Sola sine te. Duro ihumano. Hoc. s. creusaꝫ esse a te relictā: nā circa finē. ij. eneid. Ver. narrat Eneas Didoni creusam fuisse a se missam cū discederet a Troia: sed cōuersaꝫ in ministrā m̄ris deū. At me: v̄r h̄ textꝰ vel obscurꝰ vel ābiguꝰ: alij nouere alij mouere legēdū putāt: sꝫ cū i alijs multis codicibꝰ: tū in meo vetustissimo legit̄ nouere: erit ḡ sensus narrabas mihi creusam a te relictā: sed ego nō solū fui tibi vxor sicut ipsa: sꝫ etiā tibi p̄stiti bn̄ficia vn̄ maiorē penā es daturꝰ: qd̄ me decepis. i. dereliq̄ris ꝙ qd̄ illā reliq̄ris. Nouere: sciūt. s. oēs Merentē. i. prestātē tibi bn̄ficia: nam hoc significat mereri. Verg: l̄. in. vj. eñ. Quiqꝫ sui memores alios fecere merēdo. Illa pe. quā tu dabis ⁊ patieris ꝑpter creusam relictā. Est fu. mi. cul. mea. i. quā culpa quā de me habes: nā in genitiuis noim ⁊ pronoim. ⁊ itē in noibꝰ possessiuis ꝑsona possessiōis dupl̄r accipit̄: ⁊ actiue ⁊ passiue: actiue sic iniuria Paridis cōciliauit vniuersaꝫ greciā aduersus Troianos: hic iniuria intelligit̄: quā Paris alijs itulit: passiue vo iniuria Menelai grecos oēs ad auxiliū suū cōmouit: hic ac- cipitur iniuria: que Menelao illata est: ⁊ sic culpa mea interdū intelligit̄ quam ego de alio habeo: interdū ꝙ aliꝰ de me: vt hic. ¶ Nec mihi: ꝓbat culpā de se decepta esse maiorē: qꝛ nō dubitat: qn ꝑpter ipsaꝫ sit daturꝰ pe nas. ¶ Quin. i. vt nō. ¶ Dānēt: dignū pena iudicēt: ⁊ puniāt. ¶ Septima hyems: septimꝰ annꝰ: vt ipsa apud Vergiliū in fine primi eñ. Nā te iam septima portat oibus errātē terris: ⁊ fluctibꝰ estas. ¶ Eiectū: naufragū: vt ipsa in. iiij. enei. Eiectū littore egētē Excepi ⁊ regni demēs in parte locaui. Vix bn̄ audito noie: nam vt in enei. scri. Ver. cū audisset Dido ab ilione: rex erat Eneas nobis ⁊c. Rn̄dit ipsa vultis ⁊ his mecū pariter cōsistere re- nis: vrbē quā statuo vr̄a est. His officijs. s. qd̄ te hospitio excepi ⁊ regna dedi. Fama q̄ iam sparsa ⁊ vulgata est: me tecū ꝯcubuisse. Ver. iiij. eñ. de hac fama. Hec tū multiplici pp̄los sermone replebat. Gaudēs ⁊ pariter facta: atqꝫ infecta canebat. Venisse ex cā Troiano sanguine cretū. Cui se pulchra viro dignet̄ iūgere dido. Nūc hye- mē inter se luxu ꝙ lōga fouere. Regnorū inmemores: turpiqꝫ cupidine captos. Hec passim dea feda virū diffun- dit in oras. ¶ Sepulta: incognita: a nullo cōmemorata. Forte subaudi vtinā. Illa dies. ꝯmemorat tp̄s q̄ primū se cū enea ꝯmiscuit: exierat eni i venationē cū enea: vt scri. Ver. li. iiij. eñ. missoqꝫ subito imbri a Junone Venere cō sentiēte eneas ⁊ Dido in candē speluncam imbrē fugiētes deuenerūt: vbi primū ꝯcubuerūt. ¶ Nocuit. Verg. ille dies primus lethi: primusqꝫ malorum causa fuit. ¶ Decliue: pendens sub antrum. i. in speluncam. Compu- lit: coegit igitur. Ceruleus: obscurus. Verg. insequitur commixta grandine nymbus. Audierā voces. i. clamo- rem. Nymphas vlulasse putaui. Verg. summoqꝫ vlularunt vertice nymphe.

aliqn̄ pro monumen to Apul. Auoꝝ ⁊ pa auorū titu lis clarꝰ.

Hercei io- uis ara q̄ fuerit.

Creusa er- rore relicta Cybelis sa cerdos cō- stituta que fuerit.

Julꝰ Enee filiꝰ qbus noibꝰ ap- pellatus est.

Huber.

Aenee cuꝫ dijs penati bus fuga.

Creusa. Locꝰ resti- tutus.

Genitiui nominū et pnominū. Iteꝫ nomi na possessi- ua dupliciter accipiū- tur.

Ipsa/ tibi de quo coniuge partus eat.
Promittes votum: scit te promittere falso:
Iurabis/ scit te fallere posse Deos.
Non agitur de me: cura maioꝛe laboꝛo:
Anxia sunt vite pectoꝛa nostra tue.
Cur modo te dubij pauidam fleuere parentes:
Ignaros culpe/ quos facis esse tue:
Et cur ignoꝛant/ matri licet omnia narres:
Nil tua Cydippe facta ruboꝛis habent.
Oꝛdine fac referas/ vt sis mihi cognita primum:
Sacra pharetrate dum facis ipsa Dee.
Ut te conspecta subito: si foꝛte notasti
al's restiterim.
Restitimus fixis in tua membꝛa genis.
*
Et te dum nimium miroꝛ/ nota certa furoꝛis:
Deciderint humero pallia lapsa meo.
Postmodo/ nescio qua/ venisse volubile malum:
al's insidiosa.
Uerba ferens doctis inuidiosa notis.
Quod quia sit lectum sancta presente Diana:
al's victam.
Esse tuam vinctam numine teste fidem.

Ne tamen ignoret scripti sententia que sit:

  Lecta tibi quondam nunc quoqꝫ verba refert.

Nube/precor/dicet/cui te bona numina iungunt:

  Quem fore iurasti/sit gener ille mihi.

Quisquis is est/placeat/quoniā placet an̄ Diane:

  Talis erit mater/si modo mater erit.

Si tamen z querat quis sim/qualisqꝫ/videto:

  Inueniet nobis consuluisse Deam.

Si mõ mater erit:si vere te materno affectu amabit. ¶ Si rē inquiret:si volet scire q̄s sim: inueniet Deā cōsuluisse nobis.i.nobis prouidisse:z non dedisse tibi maritū indignum.
☞ Ut valeāt alie zc. Et hec sctā adhortatio/qua admonemur vt corpus valeat aiam sanare/z vitia mētis fugere. Tantū.i.tātūmodo/vita.i.deuita z fuge piuria. His quoqꝫ vitatis.i.posito ꝙ etiam hec mala euaseris z alteri incolumis nupseris:adhuc opus erit tibi opera Diane:qꝛ ipsa est Lucina que p̄est parturiētibus z in lucē veniētibus:vt in Bucco. Casta faue lucina:tuus iam regnat apollo. sꝫ z iuno lucina dicit/vnde Comicus. Juno lucina fer opem zc. Cuz ergo Dianā innocabis querat:e quo z ita si ex alio ꝙ ex me fiet memor piurꝗ tui:z opē negabit. Non agit de me i.cā mea aut de periculo meo:z id amatorie z callide dicit:amatorie quidez qꝛ se plus illi ꝙ
[si]bi timere significat:callide aūt/qꝛ nō sibi soli per illud cōsulere videt/vt plenior sit dictis fides. Cur mõ zc.
[vu]lt vt parētes sciāt quid iurauerit/vt z illi metu mortis filie sue inducti consentiāt. Nota certa furoris.i.que
[hec] est certa nota.i.certū indiciū furoris.i.amoris nimꝭ ɔcepti. Et est ꝑ parēthesim incertū z relatiuū sicut sepe
[ap]ud Maronē subaudit. Deciderant. quidā textus habēt deciderint vt sit modus subiunctiu⁹ ꝓ indicatiuo:
[nam] deciderunt penultimā legitime producit/verum poete volentes rem subitam significare sepe in ea persona
[sy]labā longā corripiunt/vt in Bucco. Matri longa decem tulerūt fastidia mēses. Ubi tn̄ quidā tulerint legūt.
[I]n geor. Miscueruntqꝫ herbas z non innoxia verba. z in eneid. Obstupui steteruntqꝫ come:z vox faucib⁹ hesit.
[Hi]c ergo subito casum significat. Sicut z is qui dicit. Non eodē cursu rn̄dent vltima primis:postmō id est post
[quo]dā/nescio qua.i.per quā viā Lecta vbi quondā nūc quoqꝫ verba refer. Id callidissime monet/vt denuo etiā
[m]atre teste se iureiurādo astringat. Si mõ mr̄ erit:si mr̄ nō volet officio fungi. Si tn̄ z q̄rat. Docuit iustū z vtile
[v]t seruata fide sibi nubat Cydippe/nūc idē docet z decēs z vtile/vtile q̄dē pri⁹ docuit:qꝛ sic mortē euadat:
[nu]nc aūt qꝛ generosum virū z sui amātissimū obtineat. Cū vero genus suū laudare vix audeat:patriā laudat.

[I]nsula Corycijs quondā celeberrima nymphis

  Cingitur/egeo nomine Cea mari.

[I]lla mihi patria est:nec si generosa* probaris

  Nomina:despectis arguor ortus auis.

[S]unt z opes nobis:sunt z sine crimine mores:

  Amplius vt nihil est/me tibi iungit amor.

[A]ppeteres talem vel non iurata maritum:

  Iurate vel non talis habendus erat.

[H]ec tibi me in somnis iaculatrix scribere Phebe:

  Hec tibi me vigilans scribere iussit amor.

[E]quibus alterius mihi iam nocuere sagitte:

  Alterius noceant ne tibi tela/caue.

[Iu]ncta salus nostra est:miserere meiqꝫ/tuiqꝫ:

  Quid dubitas vnam ferre duobus opem?

[Q]uod si contigerit cum iam data signa sonabunt/

  Tinctaqꝫ votiuo sanguine Delos erit.

[Au]rea ponetur mali felicis imago:

  Causaqꝫ versiculis scripta duobus erit.

☞ Insula corycijs:commendatio a patrie prestantia:quam dicit cultā a musis:quoniā ex cea insula fuere Simonides poeta:vt auctor est Stra. z ex fratre fili⁹ Bachillides:corycinas nymphas/non vt inscite aliqui putauerunt dicimus a corycio insula Diane sacra:sed de corycio antro in Parnaso musis sacrato:ideo in Metamorphosi est cū Deucalion et Pyrrha Parnasum conscendunt. Corycidas nymphas z numina montis adorāt. Cea. ceam insulam in egeo esse diximus: vbi lex erat:vt Menander notauit:vt sexagenarꝭ interimerentur. Aquis:in insula. Nihil nec patrie prestātiā:nec antiquum genus esto non probes:solus amor me tibi cōciliare deberet. Hec tibi me in somnis:colligit epistolā quam commendat ab auctoritate deorum verisimilitudinem afferēs:z diana z Amor hāc vt tibi scriberē epistolā iusserunt. Alterius cupidinem intelligit: cuius violentia vexabatur. Alteri⁹ Diane/cui⁹ ira Cydippe vexabatur. Juncta:quoniā neuter sine salute alteri⁹ valere poterat. Talem iura. maritum:cū mihi matrimonio eris iuncta. Sanguine votiuo:mactate erūt hostie:quas pro te z tuo coniugio voui ponet aureū malū in ede diane suspēsum. Cā sacrati mali. Effigie pomi. huius pomi dedicatio testimoniū exhibebit. Fuisse rata:ad vota successisse. Cōsueto fine:vale nō modo in fine:sed in principijs veteres ponere consueuisse scribit Sene.
☞ Insula:dicit esse ex Cea insula:que est in Aegeo mari:vt supra in argumēto dixi:q̄ probatur non ignobilis:qꝛ olim celebrata fuit a nymphis Corycijs:cauendum ne legatur Corynthus:quia nec sensus:nec metri ratio patitur:sed Corycijs ita dictis a Corycio antro in Parnaso:de quo Strabo sic inquit:vniuersus Parnasus consecratus existit:z antra:et alia loca sanctitate digna continēs ex quib⁹ celeberrimū/z formosissimum extat Corycium nympharum antrū:eodē quo z Cilicium nomine nuncupatum:dicit ergo in Ceo olim

ASCEN.

ANTO.
* Generos⁹ mõ nobilis dr. Uer. Continuo pecoris generosi pullus i aruis audet et ignoto sese cōmittere pōto. mõ ꝑ metaphorā fortis dicit. Cic. cūqꝫ d̄ iperio certn̄ eēt cū regegn̄oso:atqꝫ potenti. Qui preclari ex cea insula fuere. Corycine nymphe q̄ z vn̄ dicte. Cea insula q̄ z vn̄/z trucelētissima lege q̄ ibi viguerat. Uale ꝓbū q̄ loco ɔsueuit ab auctoribus poni. Cea isula. Corycie nymphe. Hubertinus. Corycium antrū a q̄ z cilicium q̄ z vbi locoꝝ sit.

fuisse nymphas corycias:de quib⁹ Oui.lib.j. Meta. Corycidas nymphas:ꝛ numina montis adorant:vbi male quidam legunt Coeciridas. Insula Cea:adiectiue dixit/sicut insula Chia:pro chios. Illa insula. Nec si generosa probaris nomina.i.si etiã placet nobilitas tibi. Nec arguor:non probor ortus auis despectis.i.nõ sum natus vilib⁹ ꝛ cõtẽptis maioribus. Sunt ꝛ opes.laudat se a reliquis:quib⁹

Effigie pomi testatur Acontius huius/

Que fuerint in eo scripta fuisse rata.

Longior infirmũ ne lasset epistola corpus:

Clausaq; consueto sit tibi fine/vale.

amãtes solẽt se laudare. Utq; nihil:vt.i.q̃uis nihil iũgat me tibi amplius. Amor est mihi.i.certe amo te. Appeteres.i.appetere deberes. Uel.i.etiam. Non iurata:sine iuramẽto. Hec tibi:dat auctoritatẽ suis scriptis dicens se scripsisse monitu Diane ꝛ amoris. E quibus diana ꝛ amore. Sagitte alterius:scilꝫ amoris. Nocuere mihi:q: percusserũt me. Tela alterius scꝫ Diane. Juncta salus nostre.i.mea vita est coniuncta cum tua:ita vt te periclitante ego etiam sim periclitaturus. Duobus:tibi ꝛ mihi. Quod si contigerit:vt feras opem ambobus.i.vt mihi nubas. Cum iam data si.so.dicit quãdo celebrabunt festa Diane in delo:ꝛ offerẽtur ei sacrificia vt tunc Acontius suspẽdet in tẽplo Dee effigiẽ pomi aurei:in quo duobus versiculis testificabitur Cydippẽ seruasse/ que in eo pomo scripta legerat ꝛ iurauerat. Cũ data signa so.q: sonitu tubarũ vocabant ad sacrificia. Delos: insula vbi colitur Diana. Erit tincta.i.maculata. Sanguine votiuo:sanguine victimarũ ex voto interfectarũ. Rata:validum habuisse effectum. Longior:dicit se nolle plura scribere ne prolixitate fatiget ꝛ afficiat molestia ipsam Cydippem egrotantẽ ꝛ infirmã.ordo est. Uale o Cydippe ne epistola longior lasset corpus tuũ infirmũ. Et vt sit clausa.i.conclusa. Fine solito:quia finis epistolarum solet esse Uale.

Ubi diana colebatur.

ASCEN. ☞ Ampli⁹ vtq; nihil.i.ꝛ vt nihil ampli⁹ sup.sit mihi qđ cõmẽdes/me tibi iũgit amor. E qb⁹ alteri⁹ ordo est/ e quib⁹.i.dictis duob⁹ numinib⁹ Diana/que ꝛ phebe/ꝛ luna/ꝛ pserpina/ꝛ hecate/ꝛ lucina d:/sicut ꝛ triuia/ ꝛ delia:ꝛ alijs epithetis/ꝛ amore.i.cupidine:sagitte alterius:scꝫ amoris nocuere iam mihi:q: amore lãgueo:ꝛ vulneratus sum sagittis cupidinis/ꝛ caue tibi ne tela alterius/scꝫ phebes/que soror Phebi:hoc est diane noceant tibi. Clausaq; consueto sit:id est vt sit clausa fine consueto/quia in fine solet scribi Uale.

¶ In vigesimam Epistolam argumentum.

Argumẽtũ epistole.



Delos insula in egeo eminet:que eam circundant insule cyclades appellantur:vt hẽ habet in planitie itam:ꝛ apollinis latoneq; templũ instabilis olim fuit:sed appropinquãte Latone partu:vt scribit Pindarus:immobilis stetit quatuor adamantinis columnis mira magno in honore est habita ab heroicis temporibus:ab omnibus oris in hanc insulam ad sacra publica cõueniebãt:cetuq; virginum sacra ministrabat:quibus cũ adesset cydippe accepto insidioso pomo visa est se Acontio vxorẽ pacisci:huius pater alij despõsauerat:sub nuptiarũ tẽp⁹ febre correpta est:cũ ei cepisset id sibi diane indignatione contigisse:concessura in acontij vota respondit:sed seculoꝝ incuria quantum ex vetustis codicibus obseruare potuimus preter versus duodecim epistola tota desideratur. Reliqui quicquid legitur adulterinum est.

NAZO.



Ertimui ne quid doli tue apportarent litere. ¶ Scriptum:epistolã. Sine murmure:nemine audiẽte. ¶ Inscia:imprudẽs ꝛ que tuas insidias nõ norat. ¶ Captasses iterum:rursus me capere tentasses. Dura inexorabilis:vt tuas literas non legissem. Omina: ꝛ vota sacra. In hippolyto suo:quem Esculapius Diane precibus ad vitã deduxit:postq̃ ab equis distractus est appellatusq; virbi⁹:in aricino nemore seruãdum nymphe egerie cõmisit:ideo cautũ est:vt equi aricinum nemus nõ intrarẽt:qm̃ Hippolytũ distraxerint. ¶ At meli⁹ virgo:ab etate ꝛ sexu pathos est:virgo inquit virgini fauere debuisset. Paucos nã diuturna febre vexata de salute desperarat.

Hippolyti fabula.



¶ Cydippe Acontio.



Am heroidas hec habuim⁹:vt ad te quã emẽdatissima mitterem⁹: que vt i academicis Uarro:quoniã indocti:doctiq; non forẽt ꝑbaturi:edere non dubitauimus. Cupimus enim inuidi/beniuoliq; q̃lescunq; legãt:illi vt aliena ex merito/si qua est/laude rumpãtur. Hi vero tecum meis vigilijs/ꝛ laboribus gratulentur.

Huber.

*Captare blãditijs/illecebris/et hmõi aliq̃d venari. mar. Capto tuã pudet heu sed capto mari me cenam Tu captas alias:iã sum⁹ ergo pares. Aliqñ captare capere sepe. Mar.si captare feras saucijs ar te placet.

☞ Pertimui.lꝫ q̃dã addiderint multa carmina que in multis codicibus reperiebãtur: puto tamen carmina non esse Ouiđ.nã ex eadem officina exisse non videntur:ꝛ egrotãtem puellam verisimile breuiter rñdisse:atq; non interpretabor ea que dicta sunt:que tñ si quis velit videre:non habent multũ difficultatis: ꝛ quoniã sunt responsiua ad precedentẽ epistolam facile intelligantur. Respondet autem Cydippe se pre timore nõ ausam fuisse legere epistolam Acontij verbis clare prolatis:ne iterum iuraret sicut quando legit pomum:et dicit se fuisse in volũtate non legendi nisi qđ dubitauit:ne Diana magis irasceretur:quoꝝ



Ertimui:scriptumq; tuum sine murmure legi:

Iuraret ne quos inscia lĩgua deos.

*

Et puto captasses iterum:ni vt ipse fateris:

Promissam scires me satis esse semel.

Nec lectura fui:sed si tibi dura fuissem/

Aucta foret seuẽ forsitan ira dee.

Omnia cum faciam:cum dem pia thura Diane

Illa tamen iusta plus tibi parte fauet.

Atq; cupis credi memori te vindicat ira:
Talis in Hippolyto vir fuit illa suo.
At melius virgo fauisset virginis annis:
Quos vereor paucos ne velit esse mihi.
Languor enim causis nõ apparẽtib' heret:
Adiuuor ꝛ nulla fessa medentis ope.
* Quã tibi nũc gracilẽ vix hec rescribere? quãq;
Pallida vix cubito mẽbra leuare putas?
Nũc timor accedit/ne quis nisi cõscia nutrix
Colloquiĳ nobis sentiat esse vices.
Ante fores sedet hec/qđ agã q; rogãtib' iter
Ut possim tuto scribere: dormit/ait.
Mox vbi secreti longe cause vltima somnus
Credibilis tarda desinit esse mora:
Iãq; venire videt: quos nõ admittere durũ est:
Excreat: ꝛ ficta dat mihi signa nota.
Sicut erã ꝑperãs verba iperfecta relinquo:
Et tegitur trepido littera cauta sinu.
Inde meos digitos iterum repetita fatigat:
Quamuis sit nobis: aspicis ipse: labor.
Que pereã si dign' eras: vt vera loquamur:
Sed melior iusto quãq; mereris ero.
Ergo te propter toties incerta salutis:
Commentis penas doq;/dediq; tuis.
* Hec nobis forme te laudatore superbe/
Continget merces: ꝛ placuisse nocet.
Si tibi deformis (qđ mallem) visa fuissem:
Culpatum nulla corpus egeret ope.
Nunc laudata gemo: nisi e me certamine vr̃o
Proditis: ꝛ proprio vulneror ipsa bono.
Dũ neq; tu cedis: nec [illegible] putat ille secũdum:
Tu votis optas illius/ille tuis.

dicit nimiũ fauere ipsi acontio: cũ equius esset qđ sibi faueret: q2 virgo deberet fauere v̄gini. ¶ Pertimui: cũ mihi reddita est ep̄la tua. ¶ Sine murmure: sine platione verboꝝ: sed tantũ oculis ꝛ aĩo percurrens. ¶ Captasses: decepisses. ¶ Ut ipse fateris: nã dixit. Promissam satis est te semel esse mihi. ¶ Dura: aspera in non legẽdo scriptũ tuũ. Sene: irate. ¶ Cũ faciã oĩa: in honorẽ Diane ꝛ ꝑpter ipsam. ¶ Dem pia thura. i. faciã ei sacrificia thure. ¶ Fauet tibi plus iusta parte. i. pl' equo tuet' partes tuas. Uindicat te: facit vindictã pro te. ¶ Atq; cupis credi: q2 tu dicis mihi qđ hec est causa quare egroto dixit enim ipse dicẽdũ tamẽ est hoc tu mihi crede qđ egra ipsa nubẽdi tp̄e sepe iaces Cõsulit ipsa tibi. ¶ Talis in hippolyto: non tm̄ fauit Hippolyto suo: quẽ etiã s̄m quosdã per Esculapiũ/a morte ad vitã reuocauit: Ut Vergil. scripsit: licet Horatius aliter dicat. ¶ Talis tã fauorabilis. ¶ In suo Hippolyto pro in suum Hippolytum. Archaismos sic. Verg. Talis in hoste fuit priamo. Melius instius. ¶ Virgo: ipsa Diana virgo. ¶ Fauisset annis virginis: mei cydippes que etiã sũ virgo. ¶ Quos: annos. ¶ Vereor. timeo. Ne velit esse paucos mihi: q2 timeo ne velit me cito mori. Sed ne quis putet me pretermisisse eorum que sequuntur explanationem propter difficultatem: aut ignorantiã locorum exponã locũ/qui omniũ difficilimus putatur: de quo a multis rogatus sum: qui se viros doctos frustra consuluisse dicerent: quibus iam viua voce dixi quid sentirem. Is locus est. Miror et innumeris structam de cornibus Aram. Et de qua pariens arbore nixa dea est. Aram structam de cornibus Aram Diane intellexit: que ita erat structa: quoniam ipsa est dea venationis: cuius indicia sunt cornua ferarum: aut de cornibus tãtũ modo ceruorum factam intelligit: qui sunt in tutela Diane. Arbor de qua dea pariens est nixa que sit: ipse Ouidius aperte declarat libro sexto Metamorphoseos his versibus Illic incũbens cum Palladis arbore palme. Edidit inuita geminos latona nouerca. Arborem igitur palme et oliue significat: cui incumbens latona Dianam ꝛ apollinem peperit: hoc autem in Delo fuit.



Ec interpretatio epistolarum Heroidum Ouidĳ non ad ostentationem ingenĳ/aut doctrine: sed ad communẽ vtilitatez ab Ubertino cognomine clerico crescentinati edita est/in loco Casalis scti Euasĳ/anno salutis humane Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo. octauo Septembris predicto Ubertino artem dicendi in ipso loco Casalis publice interpretante salario/et stipe ipsius comitis et imprimis illustrissimi/excellentissimiq; Guilielmi Marchionis Montisferrati/sacri Romani imperĳ principis: vicariĳq; perpetui/ac ducalis Mediolanensium capitanei generalis: bello/paceq; clarissimi anno eius Marchionatus felicissimi. xvĳ. anno vero septimo et quo casalis oppidum ipsius prestantissimi principis beneficio/et munere ciuitatis nomen episcopatus/non decus/et deniq; non minus morum/q̄ edificiorum renouationem adeptum est.



Ertimui/ breuis est hec epistola/ aut q2 residuum perĳt: aut quia plura egrotantem scribere non decuit. Sine murmure: id est sine voce/iuraret/ ne quos inscia lingua deos. Aucta foret seue ꝛc. hoc dicto consentit in sentẽtiam Acontĳ. Nam sibi persuasum significat febrem illam a dea irata illatam. Illa tamen iusta honestatis gratia dicit se coactam vt consentiat Acontio contra voluntatem paternam. Memori ira/sic Maro. memorẽ Iunonis ob iram. Talis in Hippolyto vir fuit. Bene dubitat. Nã Vergilius dicit eum reuocatũ a morte peonis herbis. Horatius autem inquit. Neq; enim Diana pudicum liberat Hippolytum. Quos vereor paucos ne velit ꝛc. ergo quasi plura scribere nequiens sic artificiose epistolam clausisse potuit.

* Gracilis iterdũ sig̃t qđ est tenue ac corpore macilẽtum Turpil. nosti q̄q; sit gracili corpe. iterdũ gracile ponit' pro molli. Hora. quis multa gracilis te puer i rosa. Hippolyti fabula.

* Forma facies cuiusq; rei/ q̄ immobilis est/ ꝛ naturalis: vultus mouet' ꝛ fingitur. Teren. in an. forma ꝛ vultu sosia adeo modesto. Quandoq; tamen spãliter ꝑ pulchritudine sumitur. Hora. forma captiue dominũ Tegmesse. Locus enodatus. Latone fabula. ASCEN.

Ipsa velut nauis iactor: quã certus in altuz
Propellit Boreas: estus: et vnda refert.
Cumq; dies caris optata parentibus instat:
Immodic⁹ pariter corporis ardor inest.
Nec mihi coniugii tẽpus crudelis ad ipsum
Persephone nr̃as pulsat acerba fores.
Iã pudet: ⁊ timeo q̃uis mihi cõscia non sim:
Offensos videar ne meruisse Deos.
Accidere hoc aliquis casu contendit: ⁊ alter
Acceptum superis hunc negat esse viruz.
Ne ve mihi credas in te quoq; dicere famã:
Facta veneficiis pars putat ista meis.
Cã latet: mala nostra patẽt: vos pace mouet?
Aspera summota prelia: plector ego.
Dicam nunc: solitoq; tibi me despice more:
Quid facies odio: sic vbi amore noces?
Si ledis qd̃ amas: hostẽ sapiẽter amabis:
Me precor vt serues: perdere velle/velis.
Aut tibi iam nulla est sperate cura puelle:
Quam ferus indigna labe perire sinis.
Aut dea si frustra pro me tibi seua rogatur:
Quid mihi te iactas: gr̃a nulla tua est.
Elige quid fingas: nõ vis placare Dianam.
Immemor es nostri: nõ potes/illa tui est.
Vel nunq̃ mallem: vel nõ mihi tẽpore in illo
Esset in egeis cognita Delos aquis.
Tũc mea difficilis deducta est equore nauis:
Et fuit ad ceptas hora sinistra vias.
Quo pede pcessi? quo me pede lumie moui?
Picta mee tetigi quo pede texta ratis?
His tamen aduerso redierunt carbasa vẽto:
Mentior ah demens: ille secundus erat.
Ille secundus erat qui me referebat euntem:
Quiq; parum felix impediebat iter.
Atq; vtinam cõstãs contra mea vela fuisset:

* Linteũ pãnus/⁊ sudariũ quo i balneis vtimur. Mar. Nõ tã sepe teret lintea fullo tibi. Itez lintea sunt vela q̃bus vtunt̃ naute. Ver. Certuz est dare lintea retro.

* Cõiux fz Priscianũ: ⁊ cõiux sine n fm phocã a ɔiugo gas. iuguz eñ instr̃m est: q̃ boues iugãtur. i. iũgunt: vñ iugari dicimus q̃ maritali iugo istar boum colla subiiciunt.

Sed stultum est venti de leuitate que
Nota loci fama properabam visere Delo
Et facere ignaua puppe videbar iter.
Quam sepe vt tardis feci conuitia remi
Questaq; sum vento lintea parca dare. *
Et iam trãsierã Miconẽ: iã Tenõ: ⁊ Andr
Inq; meis oculis candida Delos erat.
Quã pcul/vt vidi/q̃d me fugis insula di
Laberis in magno nũquid: vt ante mar
Institeram terre/cum iam ppe luce perac
Demere purpureis Sol iuga vellet eq
Quos idẽ solitos postq̃ reuocauit ad or
Comuntur nostre matre iubente come.
Ipsa dedit gẽmas digitis/⁊ crinibus aur
Et vestes humeris induit ipsa meis.
Protin⁹ egresse superis: q̃b⁹ insula sacra e
Flaua salutatis thura/merumq; damu
Dumq; parẽs aras votiuo sanguine ting
Festaq; fumosis ingerit exta focis.
Sedula me nutrix alias quoq; ducit ĩ ede
Erramusq; vago per loca sacra pede.
Et modo porticib⁹ spatior/mõ munera reg
Miror: et in cunctis stantia signa loci
Miror ⁊ innumeris structã de cornib⁹ ar
Et de qua pariens arbore nixa Dea e
Et que preterea (neq; eñ memini ve: libet v
Quicquid ibi vidi dicere) Delos habe
Forsitã hec spectans/ante spectabar Acõt
Visaq; simplicitas est mea posse capi.
In templum redeo gradib⁹ sublime Dian
Tutior hoc ecquis debuit esse locus?
Mittitur ante pedes malũ cũ carmine tal
Hei mihi iuraui nunc quoq; pene tibi. *
Sustulit hoc cõiux: miratãq; perlege dixit
Insidias legi magne poeta tuas.

Nomi

Nomine coniugij dicto confusa pudore/
Sensi me totis erubuisse genis.
Luminaq; in gremio veluti defixa tenebam:
Lumina propositi facta ministra tui.
Improbe q̄d gaudes: aut q̄ tibi gl̃ia parta ē:
Quidve vir elusa virgine laudis habes?
Non ego cōstiteram sumpta peltata secure:
Qualis in Iliaco Pentesilea solo.
Nullus amazonio celatus baltheus auro:
Sicut ab Hippolyto p̄da relata tibi est.
Verba q̄d exultas: tua si mihi v̄ba dederūt:
Sumq; parū prudēs capta puella dolis.
Cydippē pomum: pomuz Scheneida cepit:
Tu nūc Hippomenes/ scilicet alter eris.
Et fuerat melius: si te puer iste tenebat:
Quē tu/ nescio quas/ dicis habere faces.
More boni solito spez nō corrūpere fraude
Exoranda tibi/ non capienda fui.
Cur cū me peteres: ea nō p̄ferēda putabas?
Propter que nobis ipse petendus eras?
Cogere cur potius/ q̄ persuadere volebas?
Si poteram audita conditione capi.
Quid tibi nūc p̄dest iurādi formula iuris:
Linguaq; presentem testificata deam?
Que iurat mens est: nil coniurauim': illa/
Illa fidem dictis addere sola potest.
Consilium/ prudensq; animi sentētia iurat:
Et nisi iudicij vincula nulla valent.
Si tibi coniugium volui promittere nostrū:
Exige polliciti debita iura *tori.
Sed si nil dedimus preter sine pectore vocē:
Verba suis frustra viribus orba tenes.
Non ego iuraui: legi iurantia verba:
Vir mihi non isto more legendus eris.
Decipe sic alios: succedat epistola pomo:
Si valet hoc/ magnas diuitū aufer opes.
Fac iurent reges sua se tibi regna daturos:
Sitq; tuū toto quicquid in orbe placet.
Maior es hac ip̄a multo (mihi crede) diana:
Si tua tam presens litera numen habet.
Cū tamē hec dixi: cum me tibi firma negaui:
Cum bene promissi causa peracta mei est.
Confiteor timeo seue Latoidos iram:
Et corpus ledi suspicor inde meum.
Nā quare quoties socialia sacra parantur:
Nupture toties lāguida membra cadūt.
Ter mihi iā veiēs positas hymene' ad aures
Fugit: et thalami limine terga dedit.
Vixq; manu pigra toties infusa resurgunt
Lumina: vix moto corrigit igne faces.
Sepe coronatis stillant vnguenta capillis:
Et trahitur multo splendida *palla croco.
Cuz tetigit limē lachrymas/ mortisq; timorē
Cernit: et a cultu multa remota suo.
Proijcit ipse suas deducta fronte coronas:
Spissaq; d̄ nitidis tergit amoma comis:
Et pudet in tristi letum consurgere turba:
Quiq; erat in palla/ trāsit in ora rubor.
At mihi ve misere torrētur febribus artus:
Et grauius iusto pallia pondus habent.
Nostraq; plorātes video super ora parētes:
Et face p̄ thalami/ fax mihi mortis adest.
Parce laboranti picta Dea leta pharetra:
Daq; salutiferam iam mihi fratris opē.
Turpe tibi est illum causas depellere leti:
Te contra titulum mortis habere mee.
Nunq̄d in vmbroso cum velles fonte lauari:
Imprudens vultus ad tua labra tuli?
Preterij ne tuas de tot celestibus aras/
Atq; tua est nostra spreta parēte parēs?

* Tor' lectus ab intortis herbis dict'. Ver. Inde toro pat eneas sic orsus ab alto.

* Palla honeste mulieris vestimentū hoc est tunice palliuz qd̄ palā et foris est ad vestigia vsq; demissū. Ver. p̄ lōge tegmine palle Tygridis exuuie per dorsuz a v'tice pēdēs. Plau. i mene. pallā ad phrygionē fert cōfecto prādio. In Gallia tamen viri q̊q; palla vtebant: vnde mar. Dimidiasq; nates gallica palla tegit.

Cydippe Acontio.

Nil ego peccaui/nisi q periuria legi:
Inq; parum fausto carmine docta fui.
Tu quoq; pro nobis/si non mētiris amorē:
Thura feras/ prosint que nocuere manꝰ.
Cur q̄ succenset: q adhuc tibi pacta puella:
Non tua sit: fieri ne tua possit/agit:
Omnia de viua tibi sunt sperā da: q̄d aufert:
Seua mihi vitam: spem tibi Diua mei.
Nec tu credideris: illum cui destinor vxor
Egra superposita membra fouere manu.
Assidet ille quidem quantum permittit̄ ipsi:
Sed meminit nostrum virginis esse torū.
Et quoq; nescio quid de me sensisse videtur:
Nam lachryme causa sepe latente cadūt.
Et minus audacter blanditur:* z oscula rara
Accipit et timido me vocat ore suam.
Nec miror sensisse/notis cum pdar apertis:
In dextrum versor cum venit ille latus.
Nec loquor: z tacto simulat̄ lumine somnꝰ:
Captantem tactus: eijcioq; manum.
Ingemit: et tacite suspirat pectore: meq;
Offensam/ q̄uis non mereatur/habet.
Si mihi q̄d gaudes: z te iuuat ista voluptas:
Si mihi quod sensus sit tibi fassa meos.
Si mihi lingua foret: tu nostra iustius ira:
Qui mihi tendebas rhetia dignꝰ eras.
Scribis: vt validū liceat tibi visere corpus:
Es procul a nobis: z tamen inde noces.
Mirabar quare tibi nomen Acontiꝰ esset:
Quod faciat lōge vulnus acumē habes.
Certe ego conualui nonduz de vulnere tali:
Ut iaculo scriptis eminus icta tuis.
Quid tū huc venias: sane miserabile corpꝰ:
Ingenij videas bina trophea tui.

*Blādiri est blanditias dicere: adulari: assentari: z ptiet ad oēs sensus: z nō nūq̄ ad animum. Quintilianꝰ. Blādiar paulis p calamitatibꝰ meis.
*Ars iterdū astutia vocat: qua q̄s nō facile falli sed magis alios fallere potest.

Cōcidimꝰ macie: color est sine sanguine: q̄l
In pomo refero mente fuisse tuo.
Cādida nec mixto sublucent ora rubore:
Forma noui talis marmoris esse solet.
Argenti color est inter conuiuia talis:
Quod tactū gelide frigore pallet aque.
Si me nūc videas: visaq; prius esse negabis
Arte* nec est dices ista petenda mea.
Promissiq; fidem ne sim tibi victa remittes:
Et cupies illud non meminisse deam.
Forsitan z facies iurem vt contraria rursus:
Queq; legam mittes altera verba mihi.
Sed tū aspiceres vellē: prout ipse rogabas:
Et discas sponse languida membra tue.
Durius et ferro cum sit tibi pectus Acōti:
Tu veniam nostris vocibus ipse petas.
Ne tū ignores ope qua reualescere possim:
Queritur a Delphis fata canente deo.
Et q̄q; nescio q̄tū nūc vaga fama susurrat:
Neglectam queritur testis habere fidez.
Hoc deꝰ z vates: hoc z mea carmina dicunt:
At desunt voto carmina nulla tuo.
Uñ tibi fauor hic: nisi q̄d noua forte repta est
Que rapiat magnos littera lecta deos.
Teq; tenente deo numē sequor ipsa deorum:
Doque libens victas in tua vota manꝰ.
Fassaq; sum matri decepte federa lingue:
Lumina fixa tenet plena pudoris humo.
Cetera cura tua est: plꝰ h̄ quoq; virgīe factū:
Non timuit tecum quod mea charta loq̄.
Iā satis inualidos calamo lassauimus artꝰ:
Et manus officium longius egra negat.
Quid nisi quod cupio me iā cōiūgere tecū:
Restat: vt ascribat littera nostra: vale.

Finis.

¶ Ad franciscum Aragonium Ferdinandi regis neap. F. Domitius Calderin⁹ Salu.



Mirificum est studium meum Francisce/ ꝛ voluntas quedã egregia in eos/ qui de se spẽ aliquã probitatis/ ꝛ indolem prebent: neq; vllũ finem facio cogitãdi de ijs/ que ad eos vel iuuandos vel ornãdos ptinere arbitror. Quod cum de omnibus facere soleo: tamẽ me id in pmis debere existimo ijs/ qui vel populis aliquãdo ꝑfuturi sunt: vel nationũ clientelas habituri. Video enim Platonẽ philosophorũ (vt ille ait) Deũ: cũ de ciuiũ suorũ educatiõe multa sapiẽter/ eloquẽtissimeq; precepisset. Vnũq; iuuẽtutis moderatorẽ cõpluribꝰ satis esse monuisset: in filijs regis quatuor educationis magistros reqsiuisse: moribus/ ꝛ doctrina insignes. Nimirũ maiore cura censuit Plato formãdum: quod multorum oculis aliquãdo exhibiturus erat: nã bonus princeps tam omnibus cõmunis est: q̃ lex sanctissima ꝛ equabili ciuium societati accõmodata. Incredibilem tu regis potẽtissimi filius: de te expectationẽ concitasti: ꝛ cum ista etate veluti in tenellis arboribus: floribus contenti esse soleamus: tu nobis iã formatos virtutũ fructus produxisti. In quo plane declaras te paterne glorie magnitudinem/ et splendorem nulla omnino ex parte ignorare: cum ad eã vel assequendam: qđ optabile est: vel superãdam id quod ipse fortasse cupiat: nos certe vix sperare audemus: tãtis iam fame/ laudumq; presidijs te cõpares/ ꝛ contendas. Hec cum ex alijs accipio: tum ex Curello/ Militiaq; amplissimi/ diuiniq; principis Cardinalis tui neapolitani necessarijs. Hi enim siue qđ domi te sepe audiãt: siue qđ in te precipuam/ immortalemq; obseruantiam contulerunt: de te mecum ꝛ frequenter/ ꝛ honorifice loquuntur: in primisq; de literaruꝫ studio. Quo in genere cum ab ineunte etate versatus sim: statui esse cum instituti mei: qđ initio proposui: tum suscepte de te opinionis aliquid mittere: quod per estatem in tua ista felici cãpania aliqñ leges. Non taꝫ quidem quod hec boni principis animũ formare possint: q̃ relaxare. Scio enim placere ijs/ quos tecum habes: vt vel lusibus animũ interdũ grauiorũq; studiorum curam remittas. Ubi vero tu/ aut libentius velis conquiescere: aut honestius possis q̃ in literis habes nihil. Quod vt neq; hoc tempore alienũ videatur: neq; etate tua efficere studui: ita accipies a Domitio tuo hãc elucubratiunculam in Sappho Ouidij: obscurioraq; Propertij loca: in quibus si quid preterea desiderabis: dabis operam: vt sciam. Ego enim tã libenter perficiam: q̃ studiose incepi. Simul agnosces ciuem tuũ Papinium Poetam: quem proximis vigilijs omnibus pristine dignitatis/ fameq; ornamentis restituendum curaui. Vale ex Urbe.

Adagium Platonis.

¶ Domitius in Sappho Ouidij.



Alias Methymneus nulla lucubratione nobilior fuit: q̃ interpretatione poematũ Alcei ꝛ Sapphus tãta erãt estimatione eius mulieris scripta: qđ Papinius in patris Epicedio satis testatꝰ est: cum eã locauerit inter antiquos vates: ꝛ Stra. rem mirabilẽ eam appellet: nullãq; in poetice cuꝫ ea cõferri posse arbitratur: dederũt quidẽ operã poetice preter hãc tres Corynne: de quibus in syluarũ cõmentarijs scripsimus. Erynna que cõcubina Sapphꝰ fuit: vt Eustathius scribit: ea Lesbia: vt alij putãt rhodia: vel Teia. Poema cõposuit lingua dorica: trecentũ versibꝰ opꝰ absoluit: quoꝝ dignitas cũ Homero ɔtẽdit. In eã illud epigrãma editũ est. λεσβιον τρημυηρ τοδεκηριον ειδυτο μιρ λονα λεδιεημουρ εωιηις νομενον μελιτυ. Theano pterea mulier locris. Lyrica fuit: ꝛ metro q̃ hymnũ in neptunũ cõposuit: ꝛ Carixena ꝛ Praxilla: de Sappho hec suidas apud grecos. Sappho Simonis: vt alij putant Eumenij: vt alij Erigij: vt alij Ecripti: vt alij Semi: alij Camonis: Sterchi alij: nõnulli Scamandronymi: quibus astipulãtur Herodotus matre cleide. Lesbia ex Cresso lyrica nata quadragesimasecũda olympiade: quo tpe ꝛ alceus ꝛ Stesichorus ꝛ pythacus: tris fratres habuit. Laricum. Cararum. Eurium. Cercille viro andrio ditissimo nupsit: cui filiã ꝛ peperit Cleida nomine: amicas tris: Attidẽ: Thelesippã: Megaram habuit: quibus ad libidinẽ vsa dicitur. Discipulas Anagorã: Milesiam: Congillã: Colophoniã: Eunicam: Salaminã: scripsit libros lyricos nouẽ: prima plectruꝫ reperit: scripsit epigrãmata: Elegias: ꝛ Jambos: Nenias: Sappho lesbia ex Mytilene: Psaltria: hec amore phaonis Mytilenei ex Leucade se deiecit. Nonnulli huic carmẽ lyricũ tribuunt. hec suidas grece: huius poemata lasciua fuisse indicat Ouidius. Lesbia quid docuit Sappho nisi amare puellas: ꝛ in arte amãdi. Nota sit ꝛ Sapho: quid enim lasciuius illa? Hora. Viuũtq; cõmissi calores eolie fidibus puelle: viro Cercylla mortuo ꝛ Cleide filia superstite relicta in amore phaonis incidit: quod Pliñ. herbe tribuit. xxij. natu. histo. vbi de centum capita ita scribit: portentosum quod de ea traditur radicem eius alterutrius sexus similitudinẽ referre. Rara inuentu: ꝛ si viris contigerit mas: amabiles etiã fieri ob hoc: et phaonem lesbium dilectũ a sappho: multeq; circa hãc non magorũ solum vanitates: sed etiã pythagoricoruꝫ. Hec Pliñ. q̃uis mendose in nõnullis codicibus ita scriptũ sit: ob hoc phaonem lesbium dilectũ a Sappho: sed ita legẽda sunt verba Pli. vt nos recitauimus iterũ enim dilexit phaonẽ mortuo viro: vt etiam Plautus ait in milite. Nulli mortali scio obtigisse hoc: nisi duobus: tibi Phaoni Lesbio: greco deniq; epigrãmate ab antipatro Sidonio tãq̃ decima musa ornatur: poemata illius extãt nulla. Epistola hec Ouiđ. est alijs Heroidũ inserta: qđ in corynna sua testatur ad Macrũ scribẽs: cum Heroidũ nomine se ad viros scribere ait. Quodqꝫ tenẽs strictũ Dido miserabilis ensem Dictat ꝛ aonie lesbis amica lyre: ꝛ cum nomine virorum epistolas finxit. Sabinus poeta: phaonis quoqꝫ nomine scripsit ad Sappho de quo Ouiđ. quã cito de toto rediit celer orbe sabinus. Scriptaqꝫ diuersis rettulit ille locis: ꝛ paulopost. Tristis ad hypsiphilẽ ab Jasone litera venit. Dat notã phebo lesbis amica lyrã. i. accipit etiã literas a phaone sappho eũ non rediturũ: q̃re se de leucade deiecit atqꝫ ita amore liberata lyrã dicauit phebo quã vouerat: nã ita scpsit. Inde chelin phebo cõia munera ponã. Et sub ea versus vnus ꝛ alter erit. hec aũt epistola ab Ouiđ. cõposita affectꝰ: qui mitiores sunt copiosius exprimit q̃ vlla alia: nã eã locupletauit poeta ex poematis sapphus que mollissima sunt: vt etiã de Hom. multa trãstulit: ꝛ ex Odissea in penelope ꝛ ex Iliade in Briseide: tãtum aũt abest: vt hãc epistolã putem a Sappho scriptã vt etiã statuã: inseri oportere epistolis Ouidij: ꝛ statim locãdã post Didonẽ: nã eo ordine poeta scripsit si quidẽ eius versibus credimus pauloante a nobis recitatis. Sed cum alijs mollior esset: varietateqꝫ blandiretur dum seorsum a nõnullis ediscitur: scribiturqꝫ sola libelli nomẽ meruit: ꝛ autoris fidẽ inuenit mulieris lugẽtis cum lachrymas ꝛ amãtis decorũ omni ex parte impleat: de eius saltu ad leucadã: ꝛ de charari amore in Rhodopen suis locis dicemꝰ. Interea illud obseruãdũ est partes lasciuiores ꝛ impudica verba huic attribui: nã supra muliebrẽ conditionẽ in amores ardebat: cum nõ modo virũ perdite amauerit: sed aliarũ quoqꝫ mulieruꝫ tribas fuerit: hoc est insultãdo illas fricaret: nã τριβειν fricare est: quod apud Iuue. ꝛ Martialẽ diximus: et ab Horatio mascula Sappho appellatur ea de cã: q̃uis Porphirio cum locũ interpretãs ambigendo scribat masculã dici: vel qđ operã poetice dederit: quod est viri: vel q̃ tribas fuerit quod ꝛ ipse ingenue fatetur: q̃uis mutatis amicarũ nominibus: nam quas amauit pcipue tres fuerũt. Athis. Thelesippa ꝛ Megara: sed de his

Domitij. Sappho. Mulieres poetice. Epistole argumentuꝫ.

Sapphus vita.

Sabinꝰ poeta q̃s ediderit ep̃las.

suo loco. Phaon in siciliam discesserat puella amoris ignibus incensa et plane ardens cum ab illo sperni vere:retur: statuit etiam capitis periculo furorem lenire demisso corpore ex leucade: sed anteꝗ̃ illuc accedat per inconstantiam muliebrem tentans: quod desperauerit hac epistola eum reuocare studet faciẽs absenti inuidiã sue conditionis ⁊ calamitatis: quam omnibus incommodis miserabilem ostendit: dum ⁊ voluptates omnes se abiecisse scribit phaonis causa: in tanto dolore carmen nõ succurrere se ludibrio esse fratri. Filiam paruam superstitem: deniq omnes misericordie angulos excutit: non sexus: non fortune mutatio: non habitus: non rerum omnium desperatio: non quicquid mite est/ ⁊ mouet pretermittitur.

Georgius alexandrinus preclaro Marco Antonio Mauroceno salutem.



Commentarium in sapphus epistolam/ quod proximis diebus elucubrauimus ab amicis quoq vel conuicio efflagitatum: publicare nunc statui: et ꝗ̃uis illud festinanter composuerimus: editionem tamen maturauimus: partim eorum sententiam secuti: qui iubent ea/ que a nobis scribũtur: vel recte emendari posse: si in tempus aliquod reponãtur: partim vt idoneo tempore a te potissimum: cui opus inscribimꝰ: perlegi posset. Nam inepti foret hominis: ⁊ eius qui nec hominum rationem: nec quid tempora postularent cognosceret: si in eo luctu quem ob mortem preclarissimi patrui maximum cepisti: quicꝗ̃ vel molle: vel querele plenum legendum tradidissem. Igitur cũ tempore: cum ratione ipsa: ⁊ amicorũ sermonibus paululũ sedato dolore opusculũ quod tibi nominatiz dicauimus: emittere placuit: in qua interpretatioe multa vt rara: ⁊ insolita: sic grata ⁊ vtilia legẽti erunt: nonnulla tñ que vel altiꝰ repetẽda: vel copiosius differẽda fuerũt: strictim enarrauimus: siue ne magnitudo voluminis plusꝗ̃ par est: excresceret: siue ꝙ in his cõmẽtarijs: quos nũc diligẽtissime cudimus: vberius ⁊ magis cõmode ea explicari poterunt. Interea nostra hec leges: in quibus velut proludium quoddam maioris operis spectari velim.

Georgij Alexandrini in Sapphus Epistolam interpretatio incipitur.

*Sappho mulier de poetica cuz viris certare potuit. Frãciscus Philelphꝰ. Georgij alexãdrini preceptor.



Sappho/ que inter mulieres longe admirabilis: fuit: ⁊ cuz viris de poetica certare potuit: genere mytilenea habeatur. Stamãdronymi filia fratrẽ habuit Chararũ: qui meretriculã Rhodopem: a xãto Samio philosopho in egyptũ deportatã: vt illic q̃stum faceret: magna pecunia redemit. Hec sane primũ Hyadmoni seruiuit: tũ a xãto Samio empta: conserua ⁊ cõtubernalis fuit Esopi fabularũ scriptoris. Facta igitur per caraxũ Rhodope libera: tãta opes meretricio questu cõquisiuisse dicit: vt piramidẽ minimã: q̃ inter ceteras laudatissima habita fuit: extrui fecerit. Quãꝗ̃ huic opinioni nõ cõsentiat Herodo. vt suo loco dicemus. In hãc sepissime in lyricis suis sappho inuecta est: egre ferẽs a fratre opes mlto labore conquisitas tã turpiter perdi: lz et ipsa impatiẽter: vt Pli. in na. hi. refert lesbiũ ⁊ phaonẽ amarit: quos ideo dilectos extitisse tradit: quod radice herbe cuiusdam: quã latini centũ capita vocãt: contacti fuere. Plau. tamen phaonem lesbium nimie amatũ dicit quasi innuens vnũ fuisse lesbiũ phaonem. Et quia mityleneam diximus Sappho: illud adiungimus: mitilenem lesbi esse vrbem a cuius nomine nũc insula omnis mitylene appellatur: in quã olim due fuere nobilissime ciuitates hec videlicet: ⁊ metymna. Hãc eãdem insulam pridem lesbon dictã ab vrbis nomine: que in ea potẽtissima fuit Issam lycophron appellat. Fuit autem Issa non ignobilis in ea ciuitas. Quãꝗ̃ franciscus philelphus preceptor noster vir multi ingenij ⁊ facundie singularis: in primo Symposio in quo inducit Dominicũ ferusinũ conterraneũ meũ cũ Tebaldo bononiensi de musica verba facere vnã: ⁊ itẽ alterã ait fuisse Sappho: hoc est ereriã que ⁊ antiquior lyrica olympiade secũda ⁊ quadragesima qua tempestate Alceus claruit. Stesicorus: ⁊ pythacus. Ea plectrũ prima inuenit. Nupsit aũt Corcyle Andrio homini ditissimo: ex quo filiũ suscepit nomine Didam. Discipulas habuit Anagorã Milesiam Congilam Colophoniam. Euthcã Salaminiam. Habuit item amicas tris. Athiolã. Telesippam Magoram: quarũ etiã amoribus secus ꝗ̃ muliebris pudor patitur vsa per turpissimã fame notã tradita est. Scripsit aũt hec lyricos modulos. epigrãmata elegias iãbos ⁊ monadas. Altera vero Sappho mitylenea lõge iunior fuit: quam ⁊ ipsam ⁊ aliqui lyricam prodidere: psaltriam tamẽ fuisse constat. Cuius pulcherrimũ opus ad amicuz Phaonẽ adhuc in latinũ conuersum apud nos extat. Hec autez cũ Phaonẽ ipsum perdite deperiret: sua tãdẽ spe frustrata. ex leucade sese precipitẽ dedit: submersitq. hec Philelphus. scripsit aũt Sappho opera multa apud grecos tãq celebris in lyricis cõponẽdis fuit vt merito nona inter lyricos poetas annumeret. Et antipater Sydonius nõ illepidũ in laudẽ ingeniose puelle epigramma refert. Mnino tu nanelichã bosotẽ lyetas meliphonu sapphꝰ midena taf musan echiti broti. qđ nos vt potuimꝰ latinũ fecimꝰ. Dulcia mnemosine demirãs carmina Sapphꝰ. Quesiuit decima pyeris vñ foret: quasi decimã cã musam p Mnemosynen pyeridũ matrẽ dictitãs: quã lasciuiore vsaz poemate Oui. in arte amãdi signat: sic dicẽs. Nota sit ⁊ Sappho: quid enim lasciuius illa? Et in tristibꝰ. Lesbia quid docuit Sappho nisi amare puellas? ⁊ Ho. in. iiij. Spirat adhuc amor: viuuntq cõmissi calores eolie fidibus puelle. Sed etate nostra siue tẽporũ iniuria: siue hoim negligẽtia nihil de ea habeat preter carmina admodũ pauca: in testimoniũ a q̃busdã adducta. Sũt qui putẽt hãc epistolã e greco in latinũ ab Ouidio cõuersam. Alij aũt quorũ snie accedimus: excogitatã ab hoc poeta fuisse: vt alie fuere epistole: quibus heroides ille: vel maritos alloquunt: vel amorẽ suuz aliter cessisse conquerunt: ⁊ testimonio eiusdẽ auctoris probari potest: qui ad Macrũ scribẽs dũ enumerat a se ꝯpositas epistolas: hãc se vt reliquas excogitasse innuit: sic dicẽs. Queq tenens strictũ Dido miserabilis ensem Dictat ⁊ aonio Lesbis amata viro. Et infra. Tristis ad hypsiphilẽ ab Iasone litera venit. Dat notã phebo lesbis amata lyrã. Et puto multa ex poematis Sapphus in hãc epistolã ab ingenioso poeta fuisse traducta: quemadmodũ ex nono iliados in epistolã briseidis ab achillẽ non pauca trãstulit. Floruit autẽ olimpiade. xlv. regnante Tarquinio prisco Sappho: ⁊ alceus poeta. Relicta Sappho a phaone: quez misere amabat: cũ eũ ad se non reditũ speraret: tum vt flagrãtem amorẽ aliquãtulũ mitigaret: tum si verbis ⁊ precibus amatorijs flecti ꝗs posset: Iuuenẽ in Sicilia ꝯmorãtẽ ad se traheret: hãc epistolã ad eũ scribit: narrãs ꝗ̃ incredibili amore ardeat oblita carminũ ⁊ musarum. Expesq eius solatij quod prius populares puelle sibi afferebant: quãtum pectori suo inhereat is quem dignitate forme dijs comparat. Se quoq laudat ab ingenio: si forma placere nõ potest: subiungens quãtum olim placuerit: tum post deploratã calamitatem suã ⁊ durã legem fati: per quã tãtis furijs agebatur: quãdo nec per somnũ quiescere potest: quin ei Phaon occurrat: monente cupidine vt nihil inexpertum relinquat ad flãmã leuandã: in sinum leucadium profecturam se. dicit: vt saltu ex altissimo monte in mare se precipitem det: quando eleuande egritudinis hoc solum sit remedium.



❡ Sappho Phaoni epistola.xxi. et vltima.



Unquid vbi aspecta est studiose littera dextre:
Protinꝰ est oculis cognita nr̃a tuis.
An nisi legisses auctoris nomina Sapphus:
Hoc breue nescires/vnde mouetur opus?
Forsitan et quare mea sint alterna requiris
Carmina/cum lyricis sim magis apta modis.
Flendus amor meus est:elegeia flebile carmen:
Non facit ad lachrymas barbitos vlla meas.
Uror vt indomitis ignem exercentibus euris
Fertilis accensis messibus ardet ager.



Unq̃d vbi aspecta est. Principium autẽ epistole interrogationẽ habet et q̃dẽ figuratã:nam instandi aliq̃n gratia interrogamꝰ:vt quousq̃ tã dez abutere patiẽtia nostra Catilina.non eñ illic Cice.interrogat vt sciat sed vt ita acrius vrgeat.Interrogamus etiã qđ nega ri non possit:aut vbi respondendi difficilis est ratio:aut inuidie gratia:vt illud Medee apud Sene.Quas peti terras iubes?aut miseratio= nis:vt illud Sinonis.Heu que me tellus in= quit:que/me equora possunt accipere. Deniq̃ multis figuris interrogamus.Hec autẽ Sap= phus interrogatio ironiam quandã subosten= dit:⁊ infensa phaonis crudelitati sui oblinio= nem expostulat: atq̃ accusat. Nihil eñ aliud significãt quatuor primi v̾sus nisi se iam dese ri:dum ambigũt an statim ille agnouit literã: an nescierit nisi legisset nomẽ qđ scz exciderat. ❡ Litera studiose dextre:doctrinã suam indi= cat:cum inquit videris caracteres tam studio se et docte formatos:an cognouisti esse episto= lam scriptã a me. Studiose:studiosi boni dicũ tur ⁊ literis eruditi:mihi adeo late patere vide tur:vt diligentẽ in suo genere artificẽ signifi= cet studiosum librariũ pictorẽ:atq̃ id genus. ❡ Sapphꝰ auctoris.i.nisi legisses me esse ea= que mitteret epistolã. Nam ita inscripta erat Sappho phaoni:penitꝰ ignorabas a quo mit= teretur.Auctor non est qui tantũ facit:sed qui princeps est ⁊ primus iubet vt aliq̃d fiat.Mul= taq̃ fieri possint ab aliquo alio tamẽ auctore qui nihil in his agat:vnde illud apud Liuium frequẽter vt patres fiant auctores:vt perinde accipiãt acsi ipsi iussissent.Et ad militiã trala tum auctorare format: qđ est eligere in mili= tiam.ex eo tractũ qđ nisi imperatores senatu auctore bellũ gererent triumphũ nõ mereban tur.Cum aũt illis auctoribus bellũ gerebant quasi auctoratu ab illis nauabãt operã et mi= les auctoratus ab imperatore ei operã presta= bat receptus scz in iura militaria ⁊ imperato= ris fidem. Inde exauctorare diminuere est:et auctoramentum significat illã adscriptionem simpliciter.Dabunt veniã manes Laurentij non enim video qnare ille auctoramentũ pro stipẽdio accipiat: et ne auide hoc agere videar:nõ refellam omnia illiꝰ testimonia.Unũ illud satis nõ modo infirmum est pro illo: sed pro nobis firmissimũ:qđ ex Quin.declama.affert:nec difficilem sane sub illo presertim auctoramẽto missio nem habuisse:sed voluit gladiator viuere.Dicat obsecro an auctoramentum illic pro stipẽdio accipiatur. Non eñ gladiator illic faciebat stipendiũ:sed prestans operã vicariã obijciebatur harene habuisset inquit missionẽ sub illo presertim auctoramẽto.i.cum ita esset adscriptus in gladiaturã:nam pro altero cum acceperat mune= rarius:vt parua ei videretur futura iactura:si iuueni missionẽ dedisset:auctorat ergo imperator militẽ cũ cuz adscribit. Nam quicquid deinceps agit miles auctoratus ad imperatorẽ refertur:cui victoriam parat. Istaq̃ quicquid ex Liuio:illic affert ex Sene.ad hanc sententiã nostrã deducitur:vt in libro nostrarũ obseruationum ostendimus.Sapphus gtũs grecus est.Fabius quidẽ in primo institutio.ita scribit. Nunc recẽtiores institue= runt grecis nominibus grecas declinationes potius dare:qđ tamen ipsum nõ semper fieri potest:mihi autem placet latinã rationem sequi quousq̃ patitur decor. Neq̃ enim iam calipsonem dixerim:vt Iunonẽ:q̃q̃ apud antiquos Cesar vtitur hac ratione declinandi:sed auctoritatem cõsuetudo superauit.In ceteris que potuerũt vtroq̃ mõ nõ indecenter efferri:qui grecã figuram sequi mallet:nõ latine quidẽ:sed citra reprehensionem lo= quetur:quibus ex verbis dicimus Cesarem fuisse dicturũ Sapphonis potius q̃ Sapphus:sed tamẽ hoc non indecenter efferri sentẽtia Quintili.vt iunonem legis apud Plaut.quod grãmatici quoq̃ nostri obseruarunt. ❡ Carmina mea alterna elegiaca:nam alternis numeris succedunt heroicis in quibus claruerunt apud gre cos Callimachus:Philetas Alexãder.Etholus.Antimachus.Calinus:Mineruꝰ.Tyrtheus.Lacedemonius. instituti elegi primum deflendo desyderio mortuorũ mox ad maiores traducti:sed nomen tamen retinuerunt a miserabili cantu quem olim fundebãt.nam ἐλεεῖν est misereri.Lyricis modis:nam et si Elegiam attigerat aliquãdo Sappho tamen lyricis numeris prestabat.De lyricis autẽ poetis ⁊ carmine require que elucubraui mus pauloante in vltimo syluarum.Flẽdus amor:rationẽ afferre quare a lyricis ad elegos trãsfert.Ait enim argumẽto operis se impelli.Possem inquit lyricis amores etiam includere:sed lachrymis non cõuenit:quibus elegia manare solet.Elegia flebile carmen:ambitus est recurrentis in se syllogismi. Tu inquit fortasse queris quare scribam elegos:amor meus deflendus est.Elegia est carmen flebile:propterea nunc mihi magis conue= nit quam lyricum:elegi verbum non placet.Frigidum enim est:elegia ratione syllabe non ostenditur:cum eo= dem iure alibi defendatur. Ouid.in corynа. Uenit odoratos elegeia nexa capillos.Et alibi.Flebilis indignos elegeia solue capillos.Non facit non satis est:nec conuenit.barbitos. Esychius verborũ grecorum interpres docet barbiton esse genus cythare lyrice vel ipsam lyrã.Pollux locat eã inter instrumẽta que manu pulsantur. Strabo vero auctor est nomẽ esse barbarũ.Naz qui helycona musis cõsecrarũt thraces fuerũt ⁊ antiqui vates.

MOMI.
Qua de cã interroga= mus:⁊ quo nam pacto interroga= tio fiat.
Studiosi.
*Elegiaco carmie res fere misera biles scribi cõsueuere. Hor. Uersi bus impariter iũctis q̃rimonia p= mũ. Posset iclusa est vo ti sentẽtie compos.
Studiosi.
Auctor q̃s= nam sit. mi les auctora tus quis.
Auctorare.
Exauctora re.
Auctora= mẽtum q̃d locus eno= datus.
* Barbi= tos ⁊ barbi ton instru= mẽtũ musi cũ/qđ pul sat plectro/ vel calamo Ausonius. Hoc gñe et chordas/⁊ plectra/ et barbita cõ de.
Latinã de= clinationẽ sequi debe= mus qđ de cor patiat.
Qui apud grecos i ele gia claruе= re:⁊ vñ no= mẽ traxere elegi.
Barbitos. Locus eno datus.

Ephorus. Orpheus: Museus: Thamyris qui baccho ite asiā cōsecrarūt in indiā vsqꝫ barbari fuerūt. Uñ multa musica instrumēta barbaris noibus designātur: vt nablia: sambuca: megades: barbitos. Barbitos. i. villum carmē lyricū: vario aūt generei pferf: masculino ab Hora. Age dic latinū barbite carmē lesbio pmū modulate ciui. feminco ab Ouidio hic neutro ab alijs/ multis chordis fuisse indicat Theocritus: q̄ eā πολυχορδον appellat. ager fertilis. plenus segete. Ardet ardere solet. exercentibus: diuersas in partes iactantibus.

GEOR.  Unquid vbi aspecta est. quasi, est acclamatio quedā per quā demōstrat puella inter se multa cogitasse: tandē sic prorupisse. nūquid visam literā statim meā esse cognouisti: ꝛ est pene comicū principiū qd cōgrue amatrici datur. Sic Dido. En quid ago. ꝛ apud Terentiū phedria: quid igitur faciam. Sūt qui legant ecquid pro enquid. Nunquid interrogantis est particula: qua non tam interrogamus: iam acrius instamus plerūqꝫ. ¶ Ubi tēporis aduerbiū. ¶ Litera: hic pro figura et charactere ponitur. Sic briseis ad Achillē. Quā legis a rapta Briseide littera venit. Uix bñ barbarica greca notata manu.

